TECHE UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_1487**

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine

https://www.techeudine.it/fondo-principale

https://www.sbhu.it/

De
antiq
[illegible]

487

FABII QVINTILIANI (Hermacorae)

HISTORIA

DE ANTIQVITATIBVS CARNEÆ,

PRIVILEGGIA GISMA=NORVM,

ET ALIA AD EANDEM PROVINTIA[illegible] PERTINENTIA

D. IV. 22.

In Christi Nomine Amen. Anno ab eius Nativitate mill.mo ducentes.o
Quinquages.mo Octavo. Prime Inditionis apud Utinum in
camera Patriarchali Die duodecimo exeunte Septembris.
Presentibus Dno Vualimberto Abbate S.te Marie de Caneto
Polinarie et Dno Joanne preposito S.ti Stephani Aquilejensis
et Dno Hermano Nepote ipsius Cannonico Aquilejensis et
Nobb.libus Dnis Landone de Monte Longo et Luca Domini Gre
:gorij Patriarche Aquil.is Nepotibus, et Dnis Conrato de Orzesio
Castaldione Carnee, Petro Castaldione de Attens, Henrico de
Prambergh, et Bonifacio filio qm Hassinguerre de Pola Testibus,
et alijs.

Venerabilis Pater Dnus Gregorius Dei gratia Sancte Aquil.is Sedis
Patriarcha pro utilitate Aquil.is Ecclesie potestatem dedit
et Licentiam atque authoritatem plenam per se, suosq:
Successores Utinensis hominibus, quibus per ipsum Dnum
Patriarcham vel per Nuncios eius assignatum est, vel
assignatum fuerit in futurum de terra, ubi forum
suum constituit in Tumbe sive fuerit Liberi Hominis,
seu Ecclesie Aquilejensis, seu ad alias Ecclesias pertinen
:tes edificandi, et construendi domos super eadem terra.
Ita quod unusquisque eorum de eadem terra scilt
pro quolibet passu quem habuerit de terra ipsa
in altum mensurata singulis annis in Nativitate Do
:mini, memorato Dno Gregorio Patriarche, et eius
Successoribus quatuor denarios Aquilejensis monete
nomine pensionis seu Livelli solvere teneatur et
si tunc dictam pensionem, seu livellum non solverit
duplum post ea solvere teneatur. Et salva hac
pensione, seu Livello singulis annis solvendo, debeant
dictam terram habere ipsi, et heredes eorum per
:petuò et tenere, et possidere cum edificijs super positis,
et habeant Liberam potestatem ipsam terram cum
edificijs super existentibus, vendendi, donandi, pro
anima judicandi, et quidquid inde voluerit faciendi
exceptis

excepto servo, et Ecclesiæ vel personæ præsenti quibus ipsam eis non liceat impertiri vel dare nec ven-
dere, aut donare, et salvis omnibus supradictis
promisit memoratus Dominus Patriarcha per stipula-
tionem pro se suisque successoribus nunquam aliquo
tempore litem, vel controversiam movere dictis hominis-
bus, vel eorum heredibus de terra eadem, imo eis
eorum heredibus, aut cuicumque dictam terram dede-
rint, ut superius est expressum ab omni homine
legittime deffendere, autorizare et manutenere.
fuit etiam additum et apertum quod nullus debet
habere dominium aliquod vel jurisdictionem in foro
prædicto, nisi Dominus Patriarcha, et successores ejusdem
in cujus rei evidentiam et perpetuam firmitatem
memoratus Dominus Gregorius Patriarcha instrumentum
præsens fecit, sui sigilli pendentis munimine robo-
rari.

Ego Joannes de Lupico sacri imperij publicus Notarius hijs
præsens interfui, et de mandato supradicti Domini
Gregorij Patriarchæ scripsi, in formam publicam
redigendo.

L.S.

In Christi Nomine Amen. Anno a Nativitate ejus Millesimo Ducentesimo
Septuagesimo quinto tertia indictione apud Civitatem in
Palatio Patriarchali. Die ultimo septembris. Præsentibus
Fratre Pagano ordinis Humiliatorum de Braida mediola-
nense. Nob. Viro Dno Bonacurso della Turre Capitaneo
Clemonæ Gastaldione Carneæ Dno Mainardo Canonico
Ecclesiæ Sti Petri de Carnea, Henrico q.m Dni Joannini
de Civitate Nepotibus, Petro de Bona, et Montanario Testibus ad
hoc vocatis et rogatis. et alijs &

Bernardus

Bernardus, et Jacobus Aldemani de Tulmetio Nuntij Sindici et Procuratores
Hominum eiusdem Loci, sicut continebatur in quodam publico
instrumento confecto manu Antonij de Tulmetio Notarij sub
Anno Dni Millmo ducentesso Septuagessmo Quinto Ind. tertia. Die
secundo intrante Septembris apud Tulmetinum in domo Sancti
et Vucilli Beuarij à me subscripto Notarij viso, et lecto no:
mine ipsorum, et q ipsis supplicauerunt Revdo Patri, et Dnō
Raimundo Dei gratia Ste Sedis Apostlis Patriarche, ut quod factum
erat in hac parte per superndum qmdum Dnum Gregorium Patri
archam ut supra legitur, dignaretur de gratia confirmare.
Quorum dictus Dnus Patriarcha supplicationibus benignius, quod
actum fuerat per superiorem qmdum Dnum Georgium Patriarcham
ut supra legitur, dignaretur de gratia confirmare quorum dictus
Dnus Patriarcha supplicationibus benignus inclinatus quod actum
fuerat per supradtum Dnum Patriarcham Antecessorem suum
in hac parte ratum habens, et gratum de speciali gra:
tia confirmauit ita ut homines dicti Fori, qui nunc
sunt in ipso, vel venturi sunt ad illud domos, Areas, cum
curijs, et hortis cum conditionibus superius expositis
teneant habeant, et possideant prout possiderunt hucusq;
Ceterum prefatus Dnus Raimundus Patriarcha volens, et cupiens
homines dicti Fori de Tulmetio de bono in melius augmentare
tum etiam pro ipsis tum pro utilitate Apostlis Ecclesie
per se suisque successores nomine ipsius Ecclesie concessit
et dedit potestatem, et licentiam, atque Authoritatem ple:
nam uniuersis hominibus dicti Fori de Tulmetio, et ipsi
Prata et Roncos, et alias terras inculteas pertinentes ad ipsum
Dominum Patriarcham et Apostolicam Ecclesiam sitas Territorio
et confinio dicti Loci, siue Fori possint reddigere ad
cultiuam tali quidem conditione, ac pacto, quod quicumque
Prata ipsa, vel Roncum siue terras occupati et non occupati
reddurent ad cultiuam de dictis ipsi dno Patriarche, et eius

successoribus nomine prefate Aquilegensis Ecclesie decimam et nihil aliud quolibet solvere teneantur.
Insuper prefactus dominus Patriarcha Raymundus per se suisque successores nomine Aquilegensis Ecclesie potestatem, et licentiam, ac authoritatem plenam concessit quod quicumque construerint, revoluerint molendina et Folla sive Fullones in Territorio et Districtu Tulmetij in aquis dicti domini Patriarche, et Ecclesie Aquilegensis libere construere possint ita tamen, quod de quolibet molendino et de quolibet Fullone ipsorum factorum, vel faciendorum ad rectum pisum Aquilegense, ipsum Aquilegie iuxta consuetudinem Terrae Forijulij duodecim denarios Aquilegensis monete annuatim in festo Nativitatis dicto domino Patriarche et ipsius successoribus solvere teneantur, et tam dicta prata Pasqua terras cum omnibus adiacentijs, et pertinentijs eorum possit, tenere, habere et possidere perpetuo per se suosque heredes, et de ipsis facere quidquid voluerit absque contradictione dicti Patriarche, et successorum eiusdem, salvo iure et consuetudine Curiae sive ficti Aquilegensis salvis quoque omnibus et singulis supradictis, promisit memoratus dominus Raimundus Patriarcha per stipulationem solemnem suosque successores nomine dicte Aquilegensis Ecclesie supradictis Bernardo et Jacobo Fredemari Nuncijs, Sindicis et Procuratoribus supradictis recipientibus pro ipsis et nomine predictorum Hominum de Tulmatio litem controversiam vel questionem movere dictis hominibus vel eorum heredibus de predictis pratis Pascuis, terris Molendinis et Fullonibus et ipsorum adiacentijs, et pertinentijs nec contra predicta vel aliquod predictorum facere vel venire ratione aliqua ingenio sive causa cum obligatione bonorum Aquilegensis Ecclesie ad pignus sub pena dupli, ac omnibus expensis, refectis damnis, et interesse litis. Verum Patriarcha predictus omnia, et singula fuerint ... in consimili loco, et defendere ab omni homine, et universitate et quolibet impediente ... et authorizare ..., et guarentare in ratione. Ita tamen dicto, et expresse quod nullus debeat, vel habere possit, dominium vel Jurisdictionem aliquam in predictis seu quolibet predictorum, nisi dominus Patriarcha qui fuerit pro tempore in Aquilegensi Ecclesia predicta in cuius rei evidentiam et stabilem ac perpetuam firmitatem memoratus dominus Patriarcha Raimundus supradictus fieri fecit sui sigilli pendentis munimine roborari.

Ego Joannes de Lupico Sacri Imperij publicus Notarius his interfui et de mandato supradicti domini Raymundi Patriarche scripsi in formam publicam redacendo.

L. S.

Fabij Quintiliani Hermacorae de Antiquitatibus Carneae Liber Primus

Vniuersam Regionem illam, quae intra Liquentiam flumen, Taruisium Agrum terminans, et Adriaticum sinum, Istriam, Iapideam Alpesque superiores Italiam a Germania diuidentes continetur Carnorum Prouinciam antiqui nominauere, cuius incolae Carni Populi dicebantur, cuius metropolis fuit Aquileja Ciuitas Nobilissima Romanorum Colonia circa quam Cajus Julius Caesar dum Pro-Consul in Gallia bellum gerebat tres legiones in hybernis collocare consueuerat, omnis eius Prouinciae pars quae a flumine Fella quod prope Venzonum oppidum in Tiliauentum labitur et usque ad mare protenditur mutato priore nomine Forumjulij dici coepta est, illiusque Populi Forojulienses appellari ad eorum differentiam qui Forojulienses Transpadani Plinio teste dicti sunt. Reliqui vero Populi qui a flumine Fella supra Alpes incolant quibus tanquam se inuicem ingentibus recluduntur, et antiquum nomen retinuere et hodierno quoque die Carni Populi passim Nuncupantur...

Huius autem superioris Prouinciae descripturus Antiquitates, antequam rem ipsam aggrediar, illius situm locorum qualitates et incolentium mores explicare operae pretium existimaui ut qui haec perlegent quod ubique in ea gestum sit facilius intelligere possint.

Omnis igitur Regio in quatuor partes diuisa est, quae comuni illius gentibus uocabulo et Quarteria et Canales appellantur, quorum primum ad orientem solem uergens Incarojum nominatur habetque torrentem nomine Clarissonum quod medium interfluit prope Butium flumium ingrediens amnis Tiliauenti aquas adaugent. Quod uero ad occidentem protenditur Socleuij Quarterium est, in cuius capite nobile Tiliauentum flumen exoritur. medium autem locum huic proximum Quarterium Gorti tenet, cui adhaeret Quarterium Diui Petri a uetustissima Ecclesia

Collegiata et Apostolorum Principi dicata nomen trahens. Hæc
Vallis Butim rapacissimum flumen excipit. horum vero
Decanum quæ diversis itineribus in Tiliaventum dilabuntur. Ac-
cedit herto quoque Plavis flumen celeberrimum, quod ex monte
quodam Setia vocato ortum ducens, indeque Auctum versus per-
transiens Vallem Sappatam cuius incolæ, etsi Germana ple-
rumque utantur lingua, tamen et inter Carneos connumeran-
tur, et Iulmetina jurisdictioni parent per Cadubriensium
montium anfractus sylvestribus ripis præceps inter saxa
devolvitur, exceptisque mox Agro Bellunensi, et Nide clemen-
tiore alveo præter labens ac navium pondera sustinens Adriatico
mari sese immiscet. Habet etiam Quarterium Divi Petri lacum
sub hoc Lacum Timavi ex purissimis aquis ibidem scatentibus con-
fectum, qui exquisiti saporis fructus incolis subministrat. E
Regione vero ipsius Laci ultra Butim, ex quodam monte qui
ex perruptis undique saxis constat in CCC passuum altitudinem
unico tantum ore erumpunt uberrima, ac perrenis aqua
quæ illico ad Pistrina plurimumque Officinarum usum longe abun-
deque sufficiunt a quibus Timavi nomen illi loco impositum
fuisse credendum est. Paulo infra ex altero Primotii montis
latere exoritur Rivus nomine Moscaddus miræ rapacitatis
cuius alveo incredibilis magnitudinis saxa præcipiti gurgite
rotantur, modo in summo extantia modo sese ad imum de-
primentia ita ut eo durante vertiginis seu vorticis impetu
aqua nullibi appareat quo sæpe fit ut illac iter facien-
tes, siccam aridamque arenam, quæ solidæ telluris speciem
præsefert, cernentes in eam ingressi, et ipsi et equi pectore
et capite tenus demergantur, neque inde evadere possint
sine aliorum subsidio, qui assibus suppositis, ne et ipsi in easdem
incidant voragines, eos tandem ægre tamen inde educunt
et periculo liberant. Solet præterea Rivus hic quod mirum
omnibus videtur, vel nullis ingruentibus imbribus æstivo tamen
tempore placido ac sereno cælo, eximiæ magnitudinis saxa
secum trahere eosdemque vortices efficere, quos pluviis nimbo-
sisque diebus induunt, nullis, ut diximus pluviis aquis apparenti-

[illegible]

Idem propre traditum est a Joanne Bocatio de torrente quodam Ceruinio inter Pistoriensem, et Lucensem agrum fluente, nisi hoc uno a nostro differet, quod ille decennio tantum sive paulo longiore etiam intervallo subito, ac fortuito motu ingentiumque et imo telluris ventre lapidum uomitione uel incolas ipsos fallat incautos. Hic vero singulis estiuis temporibus easdem repetens uices, quamplurima damna agris quos inter montium fauces lapsus preterfluit quotannis inferre consuevit, et cum nullum latentis uis argumentum efferatur. hic tamen digna saneque in medium producantur, uel in colentium mente et opinione efficta, uel rei ueritate nixa (nihil enim temere affirmare ausim.) non nullam rationem eiusdem commotionis adducit. Quidam enim pastores illius Brimotij montis incole, mihi diuersis temporibus constanter affirmare non dubitarunt, seppe ave dum greges, et armenta illic pascerent, passim sereno celo, tanquam vocem hominis immanem aliquam molem allogentis exauditam non sine magno sibi pauore, eodemque pene momento ingentium saxorum ex ipso monte euulsorum fragorem. Aeris etiam aliquando commotionem, tonitrua et grandines repente subsequi solere nonnullasque interdum boues prope ipsum locum tunc depascentes precipites actas, que omnia adscribunt ueteri perjurio in ipso monte a quodam Armino dum de eius finibus controuersia et lis esset perpetrato, cuius paulo post secuta morte ingentes, terrentesque voces in hunc usque diem exaudiri et horribiles quasdam species illis in locis uersantes uideri asserunt. Sunt etiam preter has, qui supradictis quatuor continuantur plura Pagi circa Tulmentinum oppidum totius Carnee caput, cui nomen dedere preterea meantes aque Tiliauenti fluminis toto Forojulij celeberrimi quod et ante conditum oppidum, et postea per multos annos Tulmentum vulgo dicebatur eoque nomine antiquitus appellatum fuisse tam publice quam priuate tabule testantur. postea vero mutato priore nomine a Tillu et Veneto ex Phaetontis genere ortis Tiliauentum dici ceptum est. constat siquidem Phaetontem ex Attica Regione profugum cum Ligure eius filio, a quo Liguri dicti sunt, multis ante Deucalionem Arcadem seculis in Italie occidentalem partem sese recepisse, eamque eam quae nunc Venetia dicitur tenuisse. ex Ligure vero Cicnus

Tiliauentum olim Tulmentum dicebatur, a quo nomen traxit Tulmentinum oppidum

Vel dictum Tiliaventum resultet a Tilla, et Veneto

Phaeton
Ligur
Cicnus
Eridanus
Venetus
Tilla

Lacus Cauatij

qui Lenomanis nomen imposuit originem duxit, et ab hoc Cicno Eridanum qui Eridano fluuio nomen, hodie Padus indidit et ex Eridano Venetum qui Venetiam etiam a se iussit appellari genitum fuisse proferunt, a quo Tilla demum exortus, suo et paterno nominibus iunctis Tiliavento nomen fecit. Caeterum hi Pagi in Plebes (sic enim non nullorum Vicorum Collegia patrio nomine nuncupantur) diuiduntur, quarum primum tenet locum Plebs Tulmetij in eminenti ultra Butim edito loco. Proxime sunt Plebs Iuarlini Vercellianum et Cauatij quae singula plures complectuntur Pagos. Habet autem Plebs Cauatij Lacum ab eadem nominatum qui non solum perfecti saporis fructus exigit pondo, sed etiam Anguillas eiusdem pene magnitudinis, nullisque loci secundas. Lucios etiam ac tincas, quales nusquam alibi repertas, optime alit, nil enim fimi in eo residet, namque ipsum purae nitidissimaeque aquae et proximis montibus prodeuntes afficiunt et in longitudinem ultra passus M. in latitudinem vero aliquanto minus patet. Continet haec omnis Regio Pagos CLII. Sterilis autem adeo est ut cum ob ipsius agri infecunditatem, tum ob fluminum rapacitatem, quae incredibili impetu a montibus deuoluta et nullis alueis contenta in agros undique irruunt et magnos terrae cumulos secum trahunt, fruges ad inhabitantium commodum, victumque necessarium praestare nequeant. Importatis tamen e Foroiulij frugibus, ac vinis maxime utuntur, magnusque apud eos lactis, pecorisque usus est, pascua enim habent uberrima, montesque non minus ad pecudum innumerantur alendum aptissimos, verum etiam proceris arboribus tam ad naualem, quam ad ciuilem et ignis usum pertinentibus refertos. Quare cum huius Regionis incolae industria variisque generis mercatura, quam non modo in Italo, et Romano solo verum etiam in totius ferre terrarum orbis partibus exercent, feruntur, sibi et suis victum quaerunt ex quo non quemadmodum nonnulli falso opinantur, eos habet, et esse stupentisque natura, sed potius callido admodum, et sagaci ingenio res ipsa demonstrat. Corpus enim, animumque [illegible] exercent, diuersasque nationes, quam omnes fere rustici sectantur, ineunt. Illi enim frigoribus parta plenumque aestate fruuntur, nam hyemali tempore foris et subdio sunt, sibique adiutoria sanctitatis

hore

Labore et industria parant sed nequis eos agricolturam om
nino neglexisse existimet, nam quotannis ineunte estate ad
fruges colligendas domum revertuntur, exactoque reliquo anni
tempore domesticis rebus compositis ac frugibus in horreum re
ductis per hyemem intermissa negotia statim repetunt ex
quo magnam sibi pecuniae vim comparant, sic nec agricolturae
quae ipsis solatij, et requiei loco est, neque peregrinationis, aut
laboris, alliciente spe lucri, eos satietas unquam capit. Quod
enim Joannes Candidus Comentariorum Aquilejensium Lib.o primo
asserit Carnis populis guttur adeo intumescere ut mamil
las plerumque excedat credo doctissimum et in Historia con
scribenda diligentissimum virum locorum imperitia quod eius
pace dictum sit forte in errorem adductum. Rari enim
sunt in hac provincia qui huiuscemodi morbo laborent.
Est tamen vallis quaedam huic regioni finitima quam Juliano
latino nomine non nulli dixere, incolae vero Zeliam a flu
mine quod eam interseccat appellant in qua maxime circa
locum nomine Lavachium magna hominum pars aquarum
quibus utuntur ut ipsi asserunt vitio incredibilem gutturis
tumefactionem patiuntur nec solum hac corporis deformi
tate afficiuntur sed etiam loquelae usu indepti esse videntur.
Qua propter a quibusdam Germaniae Principibus (Vallis
enim haec inter Germaniae partes adnumeratur) utpote
qui divitijs et opibus affluunt huiuscemodi homines ioci
loco in delitijs habentur et eos in convivijs tempestivis
adhibent, eorumque ineptijs, ad cachinos risusque excitantur
ut etiam superiore anno quidam in gratiam nonnullorum
Nobilium non paucos huiusce generis homines ex eo quem
supra memoravimus loco plaustris Viennam usque de
duxit. Ego tamen magis pij ac Christiani animi fore
duxerim ipsorum infelicitate ac miserijs moveri quam
stultitijs delectari.

Sed nos ad propositum iter revertamur. Haec metallicarum
quidem divitiarum prorsus expers non est Carnorum
Provincia, argenti enim fodinae extant, nedum in
Primoso monte prope pagum Timarum sed etiam

in Auantio (?) Canalis Leuti (?) ex monte quoque Diui Petri prodeunt
quaedam aquae, quas uernaculo sermone Pudiis (?) uocant, tam
hyberno quam aestiuo etiam tempore ebbulientes, nec mi-
nus colore quam sapore odoreque sulphureo, quibus
accolae persaepe ad scabiem expellendam, et ad omnia
alia, in quibus sulphur adhiberi solet utuntur. Vae (?)
quoque circa Tulmetium necnon et infra, et supra excr-
untur, et quibus uinum efficiunt, quod licet hyeme du-
rioris digestionis, acerrimumque uideatur, aestiuo tamen tempore
in mitiorem redactum naturam, et stomacum non adeo lae-
dit, et sitim mire depellit. Carnes quoque cuiusuis
generis, et lacticiniae in proximis locis sibi primum
pretium uindicant. Caeterea Venationibus, et aucupio locus
ipse consulto a natura editus esse uidetur, in quo quidem
leporum ac cuiusuis generis auium magna copia repe-
ritur. Signant autem superiores, et altiores Alpes candido
ac niueo colore lepores, quos laqueis, et uenationibus captos
nobis non semel, et uidere et comedere licuit
Quarterium autem illud, quod longissime ab oppido Tulmetij ex-
tenditur triginta, quod uero proxime uiginti millia passuum
complectitur. fuit etiam in hac regione ad radices Montis
Diui Petri uetustissimum ac nobilissimum oppidum Iulium
Carnicum appellatum in quo nunc est paruus Vicus, qui
adhuc Julij nomen retinet. Pluraque diuersis in locis arces
et castra ad numerum 24, e quibus sunt castrum Tulme-
tij diui Laurentij, Fusee (?), Verzegnis, Imilini (?), Sabilonij (?),
Monte (?) Luincij (?), Socchie, Sutrij, Curnij (?), Siaij (?), Illegij, et
Cauaeti (?), paulo supra lacum, quem superius descripsimus
sita. Caeterorum uero nomina uetustate et scriptorum incu-
ria periere, de quibus alibi plura dicturi sumus.
His autem singulis deletis omnium suorum populorum iurisdictio
per Patriarchas ad Communitatem Tulmetij delata fuit, at
adhuc Veneta Respublica benignitate apud ipsam eadem
resides authoritas, ut inferius demonstrabimus.

Qualis.

Qualis autem fuerit totius Forijulij status ante Aquileiam conditam cum propter temporis vetustatem ipsius, et non satis vera sic parva haberi poterit notitia brevi compendio res tantummodo Carneç descriptionis hic ommittendum esse duxi.

Postquam igitur incumbentibus Barbaris S. C. decreto à L. Cornelio Scipione Asina e Flaminio, et Lucio Manlio Acidino, Latina Colonia Aquilejam deducta est, omnem Regionem tam superiorem quam inferiorem Romanorum Praesides, et Duces Aquilejç sedem suam statuentes regere consueverunt, usque ad ann. Dni CCCCXII. quo Alaricus Gothorum Rex e Scithia cum CC. millium millibus torrentis instar Forum Julij egressus, superiorem et inferiorem Regionem cçdibus et incendijs infecit Romamque quindecim urbis dominam per Annum obsessam, fameque consumptam cepit et incendit anno ab urbe condita M.CLXIX. parvo postea interjecto tempore Valentiani Imperatoris tempestate Attila Unnorum Rex innumeram Barbarorum, Unnorum scilicet Gepidarum, et Ostrogothorum falangem secum trahens, Istria devastata, Aquilejam per triennium obsedit demumque captam funditus subvertit, sedente tunc Niceta Patriarcha decimo nono post divum Marcum, Concordiam quoque et Altinum devastavit ac omnem Forijulij Regionem maximamque Italiç partem incendijs rapinis, ac cçdibus fedavit quo tempore ferunt Arcem Vtini quç in edito loco sita velut specula, domos super eminet omnes, ita ut eius prospectus in Patriam fere universam se extendat ab Attila militibus Aquilejç obsedione durante, conditam fuisse.

Ab his autem temporibus usque ad imperium Justini Minoris tam gravibus, et frequentibus Barbarorum incursionibus Italiç res afflictç sunt, ut ad nihilum prope modum redactç viderentur, dum brevi tempore diversis tum origine tum moribus efferatisque nationibus miserime cuncti inservire cogebantur, ita ut nullum habuerit firmum et durabile dominium, vel saltem dominij speciem. Forojulienses, et Carni, qui eandem quam cçteri Italiç populi fortunam experiebantur, et eo fortasse

gravitatem, quod omnes pene à Barbaris in Italiam factæ irruptiones per Taricum et eam quæ nunc Charintia dicitur, Regionem, primum ad expellendam immanem Italicæ sanguinis sitim, quam ipsi Barbari præseferebant, expositæ esse videbantur. Infra enim prædictum tempus, post Attilæ obitum Ostrogothi duce Theodorico Forum Julij ingressi prope muros Aquilejæ, Odoacrem Italiæ Regem prælio superarunt omnemque demum Regionem circumjacentem ac Italiam universam pervagati, innumeras aliasque clades, ac direptiones addere, quas consequuntur Totilas Gothorum Rex, imperante Justiniano Forum Julij ingressus universam Provinciam ipsam Italiamque afflixit ac Romam cepit, et devastavit. Alboinus demum

Alboinus [illegible] millibus Longobardis Italiam ingreditur.

Longobardorum Rex imperante Justino Minore sedente Benedicto I° Pontifice, Martiano autem Vigesº Anno Patriarcha Aquilejæ, Pannoniam linquere et Longobardos in Italiam ducere constituit, innumerisque suis copijs triginta Saxonum millia adjunxit

Alboinus prope Veronam [illegible] necatus à Rosimunda uxore eo quod eam bibere coegisset è cranio patris [illegible]

et per eam quæ ut supra diximus semper ad Italiæ exitium prævaluit, portam iter fecit. Pannonia enim decedentes per Noricum, quæ prius Bavaria nunc Austria dicitur, pervenere in [illegible] Provinciam [illegible] Forij Julij. Hoc enim nomine et antea et nunc designata fuit omnemque Regionem illam tam superiorem quam inferiorem ditionem accepit. reliquas Italiæ Urbes oppugnare instituit, prout majorem vere illarum partem quam cito subegit. firmata sibi Longobardorum sede et vita privatus Alboinus Nobiles Longobardi perempto ejus successore Clefo, triginta ex primatibus duces creavere quibus singulas provincias regendas commiserunt et Gisulphum Forijulij proximisque Regionibus præfecerunt

Gisulphum non Gisulphum Alboini nepotem alij dicunt Foro Julio præfectum post obitum Clefi

quibus autem à Rege fuerat præpositus quam regnandi rationem longo post tempore servarunt donec abominati tot ducum tyrannidem ad Monarchicum dominium reversi sunt.

His autem [illegible] [illegible] Provinciam unà cum ea Italiæ parte quæ adhuc ab ipsis Longobardia nominatur sub ducum titulo regentibus circiter extremum Phocæ Imperij tempus sedente Bonifacio Quarto Pontifice Maximo et

Agilulphus

Agilulphus Gubernator Taurini marito iam ante vita Longobardorum Rege de[func]to. Dum Vxorem Theodolindam Antaris Viduam mox proclamatur Longobardorum Rex.

Agilulpho Longobardorum Rege Hunni et Auari qui et Bauari dicuntur, e Norico in Italiam profecti Forumiulij inuasere, quibus intimas eius prouincias parte tenentibus, Gisulphus dux qui Gisulpho successerat cum omnibus ijs Prouincialibus ad arma ferendum idoneis occurrit collatisque signis acriter utrisque pugnatum est, quo in Praelio Gisulphus multis confossus uulneribus oppetijt. caesis etiam quamplurimis Longobardorum militibus. Auarus autem Vastor prouinciam passim rapinis, et incendio uastata, cunctisque ciuium oppidis Cormino Authenca Glemona Osopo per vim, aut deditionem receptis cum exercitu ad superiores Carnorum partes se contulit quia in oppidum tunc munitissimum in ipso Alpium ingressu positum Gisulphi coniugem, una cum primatum Longobardorum. Vxoribus opes omnes locorum natura fretam intulisse audierat. Obsederunt igitur oppidum Bauari, eoque breui tempore nimo proditionis genere positi sunt. Cum enim Romilda Gisulpho Viro ut supra uidimus orbata Auarorum Regem crispo capillo insignem, auratque clamide fulgentem circa oppidum inequitantem fuisset intuita statim ipsius amore capta sese oppidumque ei tradidit, pacto prius inito de coniugio cum ipso contrahendo. Auarus acceptum in ditionem oppido una tantum nocte feminam ad se admisit quam postea duodecim militibus tradidit abutendam dimissaque plebe ac praeda ex oppido comportata illud combussit funditusque deleuit adeout uix ulla uestigia postea apparuerint. Licet autem non nulli inter quos Candidus Comentar. Aquil. Lib. 4. eo in loco euenisse scribit ubi nunc est Ciuitas Austriae. aliqui Iulium oppidum ob Auaris excissum asserit, opinio non placet. Ego tamen pluribus mixus argumentis adfirmare ausim hec potius in Iulio oppido quod in Carnea notabilissimum extitisse non ambigitur, quo in loco adhuc est Pagus Iulium appellatus ab Auaris fuisse gesta.

Blondus enim dec. 1. Lib. 9. Iulium supranominatum in ipsis montium faucibus positum fuisse scribit idemque Iustinianus Venetorum Historiarum Lib. 7. confirmat quod quidam

de situ ubi Civitas Austriae posita est, nullo modo dici possit
quemadmodum plano, patentique loco existens. Quocirca
omnibus quidem probabilius esse debet Longobardorum
Ducem, reliquosq. eius gentis Primates Uxores, et Gazam
in oppidum Julium inter Carnos situm contulisse cum et ipsum
in montium faucibus extet et 30 millia fere passuum
distet a locis, hostium incursionibus expositis, quo quidem
Loco, et natura munitum ex quo militum praesidio con
tra longe maiorem hostium numerum defendi poterat, quam
in plano, et patenti oppido, ac primus inimicorum in
Provinciam irrumpentium incursionibus patentem, cuius
modi est memoratae Civitatis Austriae situs, omnes enim
vias, quibus in Italiam Barbaris iter patuit, circa Civita
tem, vel paulo longius esse, nemo est qui nesciat, velut
Verona montis Talcani ex istis, et Norica longe latissima
ex Liburnis Taurisinis, et Noricis, Juliniana ex Carinthia
Contra praeterea Julium antedictum funditus ab Avaris ever
sum una Blondi verba plane declarant.
Hic enim scribit: Praeda ex oppido exportata Avari aedificijs
ignem immiserunt, nec prius inde movit Rex quam
oppidum Munitissimum, opulentissimumque solo aequavit
Sabellicus quoque de vetustate Aquileiae lib. 4. postquam
Julij eversionem de qua superius eximius descripsit subdit
Quae si ita se habent Paulus Diaconus, qui eius rei Auctor
est videat quomodo oppidum quod Civitatem appellat Fo
rum Julij esse possit!! cuius vestigia non modo non exstare
sed inter oppida Patriae locus ipse frequentiss.mus sit
Quibus adductus, rationibus clariss. nobilitate et doctrina
Bernardus Justinianus Venet. Histor: lib. 7. descripta prius
oppidi deditione, illud inquit Avari ab ipsis radicibus ever
terunt ut non solum instauratum sit unquam sed ubinam
situm fuerit nullis certioribus vestigijs, ac monumentis constat

nisi e

nisi quod dum in ea Provincia Legationis munere præfuncti
adnivaremur, intercisse nobilis oppidi vestigia et scrutare
mur incolas, et locum repertus est in ingressu Alpium ali
quanto supra Tolmetium Vicus adhuc cum nobili Ecclesia ubi
pavimenta conspiciuntur mosaico opere depicta et lapides
juxta Templum antiquis, et magnis incisi Litteris. ejus loci
nomen cum quereremus, et Julium respondissent facile
intelleximus Locum esse quem querebamus, et Zulium
corrupto nomine appellari.

Hec Justinianus. Constat autem pluribus argumentis oppidum
predictum à Julio Cesare conditum fuisse, cum illac ipse
cum exercitu contra elvetios proficisceretur. Audito
enim elvetiorum motu Cesar, ut idem ipse Lib. primo
de bello Gallico testatur: duas in Italia legiones conscripsit
et tres que circa Aquileiam hiemabant ex hibernis
eduxit et qua proximum iter in ulteriorem Galliam per
Alpes erat cum illis Legionibus ire contendit. Cetero se
enim Alpium aditus Helvetii occupaverant presidiisque
munierant ne illac Romanus Consul exercitum traduce
ret. Porro hodierno quoque die nulla est frequen
tior, aut brevior via ex Foroiulii in Helvetios proficis
centibus vel inde huc remeantibus, quam ea, que
tendit per montem Crucis in Limine Cudetervii S.ti Pe
tri situm, in quo Julium quoque oppidum extitisse
demonstrabimus. quo in monte, Via, que ante difficilior
fuerat, permeabilis ut fieret, à Julio Cesare Curatum
est Cui rei monumento sunt quedam Littere medio fere
montis ascensu magno incise saxo que huiusmodi sunt:

Julius Cesar hanc Viam inviam [illegible] fecit. ea vero ratione

oppidum supradictum à Cesare conditum est munitum fuisse
credendum est, cum ut sibi non præstruito hoste humane
necessitatis Vis, cum à Gallia, quam petebat repulisset
id post se relinqueret, veluti Liberi regressus pignus, et
presidium, tum etiam ne eadem Via Barbaris in
terram Julii ingredi conantibus pateret, oppidum in

Alpium

Alpium radicibus, tamquam firmum propugnaculum opposuit.
Visuntur praeterea Pagi non nulli tam supra, quam infra locum in quo situm esse diximus, quorum nomina redolent antiquitatem, ut Fornis, Seccia, Aucta, Nucerea, et petrium quorum in agris etiam nostra tempestate pavimentorum vermiculato opere fragmenta, marmoreas Columnas, fractas tamen eruere, urneque in quibus mortuorum cineres antiqui reponebant, repertae sunt, et plura etiam sepulchra e magnis quibusdam saxis excisa. Probat insuper tum antiquitatem, tum nobilitatem vetustissimum Templum in celso montis cacumine positum, et Apostolorum Principi dicatum cui Praepositus cum octo Canonicis inservit quorum quidem Capitulum praeter Aquilejense cetera totius Patriae vetustate praecedit, habetque Praepositus locum, authoritatemque suffragii in generali Patriae Parlamento.

Multa praeterea extant in ipso Julii Vico antiquitatis vestigia, ac inter cetera in Vestibulo Ecclesiae Divi Leonardi temporis injuria adesum quoddam saxum, in quo huiusmodi Litterae inspiciuntur.

Beneventi Praepositi de Carnea fit mentio in quadam concordia inter Decanum, et Capitulum Aquil.^m Anno 1254

Sed dubito an fuerit Praepositus Civitatensis.

S. S. S. A

Pecunia refecta, et inaurata.

In Fastigio V.

Et signa duodecim

Anio P. L. Principe

... Potitior Sex. C. Argentillo.

Mag. Vici.

Item Majnardi Canonici Eclesiae S.ti Petri de Carnea anno 1275. in Privilegio Henrici Papae Stat. Tulmet. p. 51.

Item Pipini praepositi S.ti Petri de Carnea apud Pal. l. L. 6. par. 2. pag. 219. Anno 1221.

CXG.

Ex eodem loco alter Lapis Venetias adductus huiusmodi est

Sex Eburniusia Sex L. Iuen.

Egentius Primi et Lenti IV. C.

X. Voltinius Argentill. Amo. L.

Titius T. L. M. Philemo.

X. Eburnius. Sex. L. Philogen.

Lauius Philomenis L. Hilari.

Egnatius L.L. Stephanus.

Mucius Ditenis Sectio.

Lauius. C.C. Eraty.

La Lius Velti. T. Sev:

Agistri idem Herculis D. S. P.

X. Eburnio. Sex. Vitalo.

Quintilio M. C. Donato.

Mag. Vici.

In Angulo Ecclesie [illegible] ex eodem Loco exportatum
ibique repositum est Saxum cum his Litteris.

M. IVVEN. TIVS

M. T. CLA.

OCCLIA TIVS VE.

COH. VIII PRAET.

T. F. I. Sili.

Tulmatij propre in edibus josephi Lottardis ex eodem
Loco est aliud Saxum.

L. Cominius. J. M. L.

Nativa.

L. L. L. Philostratus.

V. F. sibi et suis.

L. L. L. Cilo.

L. L. L. RÆTUS.

L. L. L. Princeps.

Cominia J. L. Urbana.

L. L. L. Galata.

(Duo item) fragmenta marmorea in Vico julij
in quodam Muro inserta incipiuntur his Litteris.

Pub. Considius ......
M. adduxere ....
Hoc Victor ....
Regontius ....
Sementi. ....

multa

Multa praeterea ipsius Loci vestigia, aut vetustate periere aut alio incolen-
tium negligentia asportata fuere. Haec nos dissertatione prosequuti
sumus, eo fortasse longiore quam res ipsa q. se clara videbatur ex-
igere, ut quod verisimilius de Julij oppidi situ legentibus videlitur
id et tenere et probare liceat, et ne cui videremur parum consi-
derato fecisse, qui aliud quam Paulus Diaconus antiquus rerum
rerum Scriptor, et Joannes Candidus vir apprime doctus de Julio
senserunt tenere et affirmare ausi fuerimus. non enim parum
haec argumenta doctissimorum hominum sententia comprobata
nobis valere visa sunt ad dignoscendum, utrum in hac
potius Carneae vestigiorum an ubi nunc est Civitatem antiquum
et Hotile situm oppidum extiterit, Ista autem a nobis non
contentionis alicuius gratia Scripta sunt, a qua et natura et
instituto semper abhorruimus, sed ut Patriae nostrae, cui
vitam nos debere fatemur, quantum in nobis est mone-
mantis contuleremus. Julio oppido igitur, ut supra vidimus
feminae libidine, et opera capto, funditusque everso, magnam
Avari praedam, ingentemque mortalium numerum secum abduxere
inter quos Caso et Tasso maiores natu, ac Rodoaldus, et Gri-
moaldus minores Gisulphi filij capti sunt, duaeque eorum
sorores, quae non modo forma singulari, sed etiam spectata
pudicitia insignes, summis postea ducibus in matrimonium
collocatae sunt, et adolescentes parvo interjecto tempo-
ris intervallo hostiles manus evasi, et in Patriam reversi
non modo paternum ducatum recuperarunt, sed etiam
Latissime protulerunt. Hi ultra Patriam huiusque
Superioris regionis fines, et Germaniae partem, quae nunc
Zilia corrupto vocabulo olim Julia dicebatur, ut Libri
initio ostendimus, imperio suo addicere, sed dum Caco
et Tasco mirabili concordia, ducatum regunt, Gregorij Ro-
mani Patricij fraude Opitergium accersiti ibi dolose
(licet non inulti), et crudeliter occisi sunt, quorum
necem Grimoaldus eorum Frater Longobardorum regno
adepto graviter ultus est, ita ut Opitergium ubi
caedes patrata fuerat, everterit. Tasoni et Fratri in Fori

iulij s

Grimoaldus Guber-
nator Beneventi
occiso Gundeberto
et pulso Bertaritto
Aliberti filius
Regnum potitur.

Julij ducatui successit Grasulphus Patruus e quo id ferentibus
Rodoaldo, et Grimoaldo capuanis fratribus adolescentibus quo
vita functo, venit ad ducatus dominium. Ago illius
filius, quo itidem ab humanis secesso Lupus ducatum
adeptus est, cuius quidem nomine mores nimium congrue-
bant, mira namque fuit rapacitatis ita ut nec Ecclesias-
ticis quidem ornamentis parceret. Is demum cum Avaris
a Grimoaldo Rege contra eum accersitis pugnans, interijt
una cum Varnefriede eius filio, dum armis paternum
principatum recuperare conatur. Post hunc Cantiarius
ducatum obtinuit, sed nihil memoria dignum gessit.
cui successit Rodoaldus, qui dum a Papia abest,
ab Ansphrido quodam ducatu expulsus fuit. Ansphridus
tandem principatum fraude comparatum paulo post
amisit; a Cuniperto enim Rege Veronae captus, et
luce orbatus in exilium cedere coactus fuit. Quibus
ita sese habentibus Ado Rodoaldi frater tanquam
legatus ducatum administravit, et post hunc Fertulphus
qui Sclavos hostes aggressus temeritatis suae poenas dedit
miserabili enim casu magna Forojuliensium pars
accidit, eique Corvulus dux subrogatus est, qui cum
Regis iram in se concitasset oculis orbatus in exili-
um relegatus est. Huic Pemo in Ducatu substituitur
qui Sclavos Lapidis praelio, ingenti edita clade adeo
devicit, ut longo post tempore Forojuliensium arma
formidaverint. Cum autem Pemo Calistum Aquilejen-
sem Patriarcham Luitprandi Longobardorum Regis
opera ad Patriarchatum assumptum in mare deiicere
vellet, ab ipso Rege Ducatu spoliatus est. cui
Rachis filius suffectus fuit. ~~et una cum Vrsa~~ Ti-
berisque captus ~~Lugduni~~ Circa autem haec tempora
Desiderius ultimus Longobardorum Rex, dum Adriano Pontis

Cunibertus e
natus dictus
hic erat filius
Bertaridi Regis.

pontis

Luidprandus approbat dimissionem Alberto factam de sede de Alpinus Cotthis. inter Luitprandum et Desiderium decursi sunt anni 60. adeo ut non recte dicere videbant circa hac tempora.

nox bellum intulisset, a Carolo Magno Francorum Rege ingenti prelio devictus fuit, et una cum Uxore, Liberisque captus, Lugduni perpetuum egit exilium, sicque Longobardorum Regnum, quod in Italia Annos 204 floruit, penitus interiit. Cum tamen Cladem, Berengarius Forojuliensium, Dux, genere Longobardus paulo post ultus est, Ludovicum namque ex Carolo Magno progenitum devicit, ipseque postea Imperij Sceptrum, quod Franci multos gesserant annos assequutus est.

Carolus Magnus Vir, et rebus bellicis et pietate insignis Paulino Aquileiensi Patriarche complures Pagos, et jurisdictiones in Forojulij, et Histria deliberaliter largitus est, que quidem omnia non solum a Lothario Berengario II. et alijs Imperij successoribus ad Ottonem usque rata habita fuere, verum etiam ab ipso Ottone non pauca Aquilejensis Patriarcha obtinuit privilegia. Hic fuit Otho Imperator eius nominis Tertius, qui anno salutis 996 Imperium a Gallis, et Longobardis in Germaniam transtulit Gregorij V. Pontificis Maximi eiusdemque Nepotis decreto. Conradus postea Cesar illius nominis secundus Popono Patriarche universum Ducatum Forojuliensem et Istrie Marchionatum cum innumeris predijs tradidit, ac Episcopis viginti Ecclesiarum prefecit sicque Forojuliensium Ducatus a Longobardis ad Aquilejenses translatus fuit. Anno Domini 24 Septembris millesimo 1024.

Liber Secundus.

Quia superiori Libro dum de Universo Forojulij statu e[illegible] illius nonnullorum Patriarcharum, qui Ducibus summam rerum administrantibus sacris tantummodo preerant, aliter mentio facta est, atque ad hunc locum tandem devenimus, quo quemadmodum Aquileiensis ducatus cum Istrie Marchionatu conjunctus ad eosdem Aquilejenses Antistites . . . Liberalitate fuerit translatus, ostendimus, opere pretium fore existimavi

ihii de ipsius Patriarchatus initio de divini verbi e primi illius nostre
salutis auctoribus, semine facto in hac Regione, que comuni
hominum vocabulo Patria ad significandam multam claritatem
appellata est, de nonnullarum denique Patriarcharum rebus
gestis, ijs scilt. que ad propositam materiam pertinere
videbuntur, reliquis usque ad . . . Patriarcham sub silentio
positis pauca percurramus. Quod quidem eo brevius mihi
faciendum intelligo quia hec ipsa . . . a doctissimis
Viris quorum monumenta [illegible] Marcus versantur
uberius ac feliciore stylo descripta fuisse non sum nescius et
nisi eorum scriptis quidquam fidei detrahere aut ad ipsis
quasi pretermissa supplere conaverim iniurie, non
arrogantie a quibus longissime absum, crimen mihi est
obijciendum.

Post igitur [illegible] Antiochenis Ecclesie fundamenta cum Petrus
Apostolorum Princeps Rome totius Christiane Republice
sedem collocasset. Primus ibi Summ. Pont: ac Christi Vicarius
Divina assistante gratia feliciter Ecclesiam administraret Marcum
Discipulum suum, qui breve Evangelium ex ipsius Apostoli
ore exceptum conscripsit Aquileiam tunc inter Urbes Italie
clarissimam, ut illic Divinum Verbum disseminaret, dimisit.
Hic Forum Iulij ingressus, primus ibi Christum annuntians, Eccle
siam constituit, tantaque se prebuit doctrina et vite continen
tia ut omnes Christi sectatores non eius vestigia gressus
suos dirigere niterentur.

Post aliquod vero tempus Marcus Preceptorem suum videre
Romamque se conferre cupiens clamante Populo Pastoremque
postulante, Hermacoram Aquileiensem Pastorem declaravit
quem secum ad Apostolorum Principem perductum ac quasi
pretiosissimum talentum ad ipsius Pontificis pedes, proiectum
ab eodem in Patriarchatu confirmandum curavit. Ne vero
Aquileienses diutius Pastore carerent Hermacoras accepto ba
culo Patriarchatus insigni, reversus in Patriam Aquileiensem
Ecclesiam miro composuit ordine, ac tandem e Nerone
Imperatore una cum Fortunato Diacono cervicibus abscissis
martirio decoratus est, ut quidam non pauci. Huius

Successoris

successores sevientibus imperatorum persecutoribus per ago:
nem martyrij ad celestia Regna devolarunt. Constantino vero
magno ad Christum converso, cum Imperatoris edicto in Chri:
stianos a præsidibus institutis insecutiones defervuissent, cæpit
Christi nomen ubique una cum Patriarchali dignitate coalesce
re, quæ quidem in Aquileja mirabiliter aucta est usque
ad Nicetam Patriarcham XX. qui sedit Ann. 32. quo tempore
Aquileja ab Attila devastata, ac solo æquata est. non adeo
tamen, ut hic Patriarcha eius: Vicarij usque ad Paulum in
ipsis Urbis ruinis residere destiterint, tunc illius reliquias
instaurantes, tunc etiam totius Provinciæ populos, quantum
in eis erat, reformantes. verum cum Longobardi sedente
eodem Paulo universam Provinciam superiorem et inferio
rem, ut Lib. 1. demonstratum est invasissent, omniaque ra
pinis, et incendijs, crudeliter fœdeque vastassent, idem
Antistes Patriarchalem sedem, totamque illius ... Gradum trans
tulit, quam postea novam Aquilejam appellavit, ibique
sederunt Patriarchæ usque ad Joannem 28. qui Antistes
creatus de Agisulphi Longobardorum Regis voluntate de
inceps, et ipse, et eius successores usque ad Calistum XXXIIII.
Cormoni sedem Patriarchalem collocarunt, Episcopo, quem sibi
Longobardi delegarunt in Civitate Austria residente. Calistus
igitur ingentis vir animi, ac claris: sine sanguine satis Patriar
chalem sedem in loco obscuro, Episcopum vero in nobiliori
constitutum indignatus, Amatorem Episcopum ex ipsa Civitate
dejecit, quo ipse mox cum sede migravit ibique singuli
eius successores commorati sunt usque ad Poponem Patriar
cham, qui Forojulij Principatu, Istriæque Marchionatu con
junctis, Aquilejæ iterum sedem transtulit, cui gratus, et per
jucundus omnibus vita decessit. Reliquorum vero Antistitum
res gestas usque ad Bertoldum, hic ommittendas esse duxi
cum nihil nobis ad institutam Historiam pertinere videantur.
cuius quidem tempestate eiusmodi Carneæ status fuit.
cuiusmodi eum inferius demonstrabimus. Nam a Julij Op:
pido eversione, quam superius docuit Liber usque ad ipsum
Bertoldum Patriarcham, plures et generis nobilitate, et

diuitiarum copia pollentes hanc Carneæ Provinciam incolere non destiterunt. Cumque Eisulphi filij Paternum Principatum undicassent, qui ...cumque de se fuerant benemeriti, ijsdem Castrorum, quorum adhuc in Carnea extant vestigia, ædificandarum potestatem permiserunt, et adiacentium Pagorum jurisdictionem liberaliter largiti sunt. Sic Castrum Tolmetij, Illegij, S.ti Laurentij, [illegible], [illegible], Pontis [illegible], Siaj, Seccie, Sutrij, et quæ alias memoravimus, cæteraque plura quorum nomina vetustate perierecondita sunt, quæ penes etiam totius Provinciæ Carneæ jurisdictio, prout cuique Principis liberalitas fuerat elargita, diu permansit. In quorum numerum reponendum etiam censeo Castrum ubi nunc Ecclesia Protomartiri Stephano dicata erecta est edita in loco parvo sub Lacum Cavatij, cuiusque rei argumenta esse possunt cum Lapides tum veteres nummi e puteis civium ipsum Locum, suos pascentibus greges effossi. Ego quidem proxime vidi duos numos ibidem extractos, alterum quidem aureum in quo ex una parte Justiniani Imperatoris effigies ex Litteris appositis expressa conjicitur, ex altera vero victoriæ, qualis a Veteribus fingi solebat cum eius nominis inscriptione cernitur. Alterum vero .... in quo ab uno latere C. Pontij Asinis, ab altero vero Calphurniæ L. Pisonis filiæ effigies expressæ visuntur. Circa enim vero quæ in hac Tregiche usque ad Bertoldum acciderunt, cum nihil prorsus compertum quæ scriptores innopia reperiri poterit ea describere nobis minime licuit.

Lago di Cavasso donato dal Patriarca [illegible] Clerico ad Obrice di Villalta anno 1221 ex Palad. in Lib. 5 pag. 204 ...

Cæterum ipsius Bertoldi tempestate, qui Meranensis Ducis filius, dum Coloniensi Archiepiscopatui præesset, ad Patriarchatum delectus fuit, intestinum contra eum bellum exoritur. Plures enim Populus, et Carneæ Feudatarius Castrorum Domini eius imperium detrectarunt, inter quos fuisse commemorantur Federicus, et Artuicus Capriani, Henricus Villaltas, Dechius, [illegible], Arthicus Strassoldus. Rodulphus Savinianus, Conradus, et Arthicus asterleij. Bernardinus, et Ludovicus [illegible], Jacobus Buttius

et [illegible]

et Albericus Paherius. Hi nunc quo facilius Patriarchæ obsistere possent, adiunxit sibi Tarvisinorum viribus Anno CCXIX supra millesimum ante diem 17. Kal: Junii coram Ecelino Romano à Vicecomite de Vicecomitibus Forijulij Præside in Civium numerum adscripti fuere, singulique omnia Castella in Forijulij, et Carneæ ditioni suæ subiecta Tarvisinis ceperunt . . . dederunt, inter quæ Federicus et Auricus Capriaci, non modo Tercetum, Luppetum, et Capriacum novum etiam Castrum S.ti Laurentij, et similiter quæ in Carnea ipsi obtinuerunt, concedere non sunt . . . insuper unà simul Tarvisinis in subsidium belli C.L. librarum millia denariorum. Veronensium polliciti sunt quorum Albericus Pulcianicus 16. Soffumbergius 3. Villaltius 32. Castellerius 3. Durius 5. Savorgnianus 8. Strasoldus 8. Fontebonus 6. Federicus et Auricus Capriaci 32 librarum millia alij reliqua præbuerunt Cum verò Tarvisini additis ijs quas commemoravimus Forojuliensium copijs plura non modo Feltrensi ac Bellunensi, sed etiam Aquilejensi Ecclesiæ damna intulissent graviora que in dies inferrent tandem anno Salutis 1219. 4. Kal: Junii. Honorius 3. Pont. Max. Patriarchæ illiusque Legati precibus ac lacrimis permotus, Tarvisinis eorumque socijs sacris interdixit. Præterea à Principe Veneto Patavinis, Vincentinis, ac Veronensibus, ut dum Tarvisini socijque in eiusmodi pertinentia permanerent commercia et commercium effugerent, contendit. Idem tamen Pontif: restitutis prius in gratiam, in quæ sede Patriarchæ venerabilis, quascumque inter ipsa et Patriarcham Aquilejensem dissensiones sedandas curavit. Antonio Prodense et Leonardo S.ti Pauli Parocho arbitris datis, qua pridem in re præcipua Hugonis Hostiensis Episcopi, Pontificisque Legati, opera emicuit, reddita Provinciæ pace. circa hæc ferè tempora Portogruense oppidum Ecclesiæ captum est, et Catharinus Catheli Comes Germanus, Monasterium S. Galli nomini dicatum quod Moncarense dicitur, quo suo construxit amplissimaque Ecclesiarum accessione ditavit. Demum Bertoldo multa facta secto. Pregerius Montelongus magni animi Vir, ob Egregiam

L'Abbacia di S. Gallo di Moggio fu fundata da Catelino Conte Palatino detto Carintia, ma fatto fabricare da Volderico Patriarca come esecutore Testam.rio dello stesso, che era stato Abbate di S. Gallo ne Suizzeri. Vedi sopra Volderico. Burcardo Monaco di S. Gallo de Casibus Monasterij S.ti Galli à Cap.o 7. et Bertoldo di Costanza nella Cronaca 8 117. ove dice: che non intravit per ostium.

ab eo pro Catholica Ecclesia navatam operam, ab Innocentio IV. in Patriarcham assumptus est. Ferrariam enim quæ dum ipse Pontificis nom.e Bononiæ præesset ad Federicum Cæsarem desciverat, vi cepit, Parmamq: ab eodem Federico obsessam liberavit. Is dum Carneam Provinciam, prout cetera Patriarchatus loca undequaque visitasset, et in castro Tulmetij, ut ipsius Regionis statum cognosceret aliquandiu commoratus fuisset, loci situ licet montibus undique septa, delectatus, Forum sibi constituere decrevit, ubi nunc est oppidum, ut in dies majori hominum frequentia adaugeretur, rara enim tunc erant ædificia. Quamobrem publico sancivit edicto, quod quicumque vel alienæ jurisdictionis domos ædificare posset in ipso Tulmetij oppido, tum etiam prata, pascua terrasque incultas ad culturam redigere, aut cujuscumq: generis ædificia supra rivos et flumina per ipsam terram fluentia construere liceret. Siquidem ut populi externi Carniæ oppidum ipsum, tum spe lucri allecti, tum etiam necessitate coacti frequentarent, vetuit ne quo in totius Carneæ loco quisquam sive forensis sive Carnicus aliquod mercimonij genus exerceret, præterquam in foro Tulmetij, gravibus iis qui secus fecissent propositis pœnis. Quo factum est ut in dies locus ipse non incolentium modo numero, verum etiam mercium frequentia coalesceret. Idem quoque Patriarcha Hultperium clericum qui prius Sobeli castrum jure recti et legalis feudi acceperat, confirmavit in omnibus feudis, quæ tunc Armaniæ dicebantur, olim ad castrum Soccie pertinentibus. Anno postea 18. Pontificatus Gregorius in Civitate Austriæ decessit, ibique sepultus juxta Paulini tumulum, cui in successorem electum Philippum Carinthiæ Carnuti ducem, cum nollet Gregorius X Pontif. mox in Patriarcham confirmare, sedes quadriennio vacavit: demum idem Pontifex Raimundum Turrianum Mediolanensem Cumanensemq: Episcopum in Patriarcham elegit, qui quidem illustri genere satus (eius enim Gentiles de

mediolanensis

Mediolanensi Principatu (cum Vicecomitibus tunc dicetabant.) ijs omnibus fulgebant uirtutibus, quae demum, fersique uero Principe digne desiderari solent, ab universis enim Forojulij populis ingenti, supra quam dici potest laetitia exceptus inviolabili equitate creditum sibi Principatum administrauit tantumque abfuit ut aliena usquam appetierit, uel noua aliqua populis onera imposuerit. Licet diversa bella gerere coactus esset, ut uel ea quae sibi iure optimo com= muni omnium consensu debebantur, magnificentissime re= =miserit, cui rei testimonio sunt inter caetera magni mo= menti uectigalia Utinensibus condonata moenia quibus op= =pidum Tulmetij septum est, inchoata, centesimaque omnium rerum in ipso oppido uendendarum Tulmetinis liberaliter remissum. Quare non inmerito in Apice Portae, et inferioris, et superioris praedicti oppidi in odiernum usque diem suis sceptrum, antiquissimum Familiae Stema con= =spiciantur, quae Tulmetini beneficij memores, et observantia ea erga Turrianorum Familiam Monumentum posuere.

sub Raymundo Turriano op= =pidum Tulme= tinum moenis cingi ceptum.

Privilegia quoque, et immunitates a Gregorio eius Praecessore concessas per publicas litteras ratas habere mandauit cumque de Statutis super rebus in Carnea uendendis disceptaretur, ipse Raymundus antecessoris sanctionem ita interpretatus est, ut scilicet Carnis populis in locis uel ad uictum necessarias cuiuspis generis inter se uendere liceret, dummodo nemo rem ab altero emptam uendere uideret, cum rem emere, emptamque uendere minime sed ad usum suum comparare uetitus graui indicta pena, nec quis mercaturae gratia quidquam uenderet praeterquam Tulmetij. Cum uero antiqua plegada Ca= strorum S. Laurentij, et finitini, alias per Dectalmam Caporiacum et Federicum eius Filium possessa, ad Pa= triarchalem Sedem deuoluta essent. Artuicus de Castello questitor eius more maiorum Fidelitatis iuramento eadem

ab ipso impetravit Anno a Christo nato 1281. Hoc eodem Anno Riccardus Sobelevius sponte, et libere partem suam Castri Sobelevij, Ragiique suberantis, in manibus eiusdem Antistitis cum resignasset, Stephano ipsius Riccardi pro=pinquo tradita fuit. Circa hec fere tempore Comi=nus quoque, et Franciscus Maggi Carnee plura cas=trorum insignia [illegible] Leopardo et Krugnettio Fratribus Ciuitatensibus largiti sunt, quae postea ab ipsis, siue heredibus Ciuitatensi Capitulo fructibus in Carnea exi=guntur. Raijmundo postea uita functo Petrus Gerius Capuanus Archiepiscopus Patriarchatui prefuit annum unum, dies decem, cui Octobonus Patauinus Episcopus successit nonus, et sexagesimus Patriarcha. Is graue bellum gessit cum Carinthijs Ducibus, et Riccardo Caminensi cui plures, tum Forojulienses, tum Carni Cas=tellani adheserunt demum cum in illius subsidium Enricus Goritie Comes cum auxiliarijs copijs uenisset, cumque Patriarcha totius exercitus Imperatorem decla=rasset, collecta magna militum manu, et fauentibus alijs omnibus Ciuitatibus tam supra quam infra signisque collatis uictoria potitus est. Nec mora Goritie Comes Patriarche iussu, ijsdem cum copijs, quibus ho=stes deuicerat, Butinum obsedit, cepit et diruit, Perpetumque, Henrico Prampergio Equite, capite mulctato expugnauit. Castra inde metatus ad Caporiacum, diuque obsessum uicta tandem Ludouici Caporiaci pertinacia incendit, ipsumque Ludouicum Goritiam duxit captiuum, quem postea eius cum iure pluribusque in Villalta, et Ciconico prediis pro eius redemptione traditis captiuitate liberauit. Eiusdem quoque Patriarche tempore, Illegium Castrum igne

uel=

vel casu, vel consulto, ut nonnullis annis Ludovicus Illegius
oppinantur funditus combustum est, paucisque postmodo
annis Ludovicus Illegius cum plura bona sua Capitulo
Sti Petri in Carnea concessisset ipse una cum Federico
Hermani Illegij filio, ac Guarando Henrici Leintij pa-
riter filio Ciuitatem Austriae migrauerunt, ubi inter No-
biles Cives adscripti fuere. Ottobono successit Castonus
Turrianus, qui immatura morte praeventus Patriarchali
sede frui non potuit, devoluta dignitate in Paganum
ex eadem familia ortum anno 1323. Tulmettini
tunc primum Ciuilibus discordijs conflictari coepti sunt.
Ancillanus enim, et Ioannes Bertoldi nec non Federicus
Candidus, cum sibi prae ceteris Ciuilibus opibus, et diuitiarum
copia affluere viderentur libertatis dono abusi, tira-
nidem agere coeperunt ... plures, quos egestas ad
quaedam facinus impelleret, optimum quemque, qui eorum
deperditos mores auersabantur grauibus afficiebant iniurijs, et
eousque ipsorum deuenerat impudentia, ut vix ab honestioris
vitae mulieribus indignas continerent manus. Quamobrem
excitato repente uniuersi populi tumultu, et in eos Tulmen-
tinis iuuenibus certatim, pluribus confodiuntur vulneri-
bus, et cadauera diem, noctemque insepulta iacuerint.
Propinquis ipsorum iram populi metuentibus nec huma-
re audentibus. Sic parem meritis finem habuerunt ij qui
Diuinis humanisque Legibus posthabitis Patriae quietem
turbare ausi fuerunt. Anno 1340. Hermanus et [illegible]
Castri Noritae Consortes Bertrandi Patriarchae in mortui
Pagani locum sufecto, partem Pheudorum, seu Armaniae
Cerinenti, et Palutiae Paganum vendiderunt, itemque eo
qui proxime sequutus est anno a Francisco, et Odorico
Euastasijs Candidi Filijs, Guerandoque eorum Nepote Ciuibus
Tulmentinis, reliquam Pheudorum eorundem portionem.
Idem Bertrandus mercatus est. Hermanus quoque et Henricus

[illegible]

Lusinis, partem Castri Zeacchi, quem olim Franciscus Zeaccus
obtinuerat, Petro Zeacho Andriusij filio vendidere. Verum hisce
temporibus Comites Prate, et Brugnarie Bearhinus Curtilliarum
Comes, Valterius Bertoldus, et Henricus Spilimbergij Comites
Colloreti, Caporiaci, Tricani, et Muruli, Cumanus Cyrus,
et Henricus Lusinis Camerae, Hermacoras, Iurianus, Joannes
Franciscus Iurianus, Jo: Franciscus Purpetanus, Ciuitatenses,
Portunenses, pluresque alij, adiunctis sibi Comitis Goritiae
copijs auxiliarijs a Patriarca desciuerant cum nimium
aduersae partis hominibus Bertrandus indulgere uideretur
grauequé iam inter ipsos bellum exortum fuerat, mul=
=taque damna utrinque illata, donec Apostolici Legati
opera induciae ad tempus inter Patriarcam et Goritiae
Comitem, caeterosque eiusdem factionis pacta sunt.
Hinc Patriarcha plura magnifica opera Vtini et alibi in
Patria Forijulij aedificanda curauit, ac inter caetera Clusiam
quae in Carinthiam iter est, Moscardamque Arcem decem
millibus passuum supra Tulmentium per quam in Vallem
Sylvianam tenditur, a fundamentis erexit. Reliqua ab eo
gesta eiusdem Epistola a Candido Lib.o 4. regesta de=
=monstrat. Is demum dum Vtinum reuertitur [illegible] in=
=tra Spilimbergum, nil huiusmodi timens a nonnullis
per insidias Circumuentus, occiditur. Cuius corpus Vtinum
allatum honorifice in marmorea quadam Arca, quam ipse
dum uiueret S.S. Hermacorae, et Fortunati ossibus seruan=
=dis destinauerat, Vtinenses condidere, eique ad quoddam
tempus diuini praestiti sunt honores. Superiori aetate Caesar de
Nores Parentinus Episcopus Apostolici Visitatoris munere
fungens in Patria, Bertrandi Corpus in templo maximo,
[illegible] seruabatur, se potuere tradi . . . , eiusque
venerationem penitus abrogauit. Nec tamen Patriarchae
huius

huius cedis inulta remansit. Nicolaus enim Boemorum Regis filius Caroli IV. Cesaris Frater ut ad Patriarchatum delectus est, nihil sibi antiquius, dignius auctoritati quam ut precessoris cedem ulcisceretur, magno coacto exercitu, Castrum Purpetum expugnavit, et evertit Capriaci partem solo equavit. Joannem Franciscum Purpetanum, Henricum Spilimbergum, ac Riccardum Varmensem capitis supplicio affecit. Cumque omnes nefandae coniurationis reliquias persequi decrevisset in Carnicam exercitum duxit, ibique Hermanum Quintium Equitem Illustrem, et magni animi, magneque apud Carnos authoritatis Virum, qui Luintium Castrum ubi nunc Parochialis Divi Ecclesia extat, antiquo iure obtinebat, seque eo, et loci natura, et iis, quas secum habebat copiis fretus, receperat animo parato ad se tuendum, quatenus Patriarcha sibi vim inferre mallet, oppugnare instituit. Interim iubet omnes, qui arma ferre valerent, quam primum convenire in primisque Castellanos omnes, inter quos Ruitperdum Sobeclavium, qui cum longissimam interposuisset moram, tandem alio nullum tergiversationis locum esse videt, aegre eius obtemperavit imperio. Hic est sibi ob multa commissa flagitia, ac precipue ob stuprum duarum Nobilium virginum, quas ex Sclis Parentibus secum in Castrum suum abduxerat, non modicum timens, et Hermano arctissimo necessitudinis vinculo devinctus clandestinis cum ceteris Castellanis in dictis Consiliis de communi Libertate multa questus, non modo Patriarche auxilium denegandum, sed Hermano obsesso subsidium ferendum esse servat. Effecit itaque, ut et ipse et Castellani pene omnes litteras ad Hermanum clam mittere decreverint, quibus ipsum hortati sunt, ne

Nicolaus possessionem Patriarchatus die 22 May 1351 in Ecclesia Aquileiensi ubi prout expoliatus cepit [illegible]

Vide in not. Jacobi a Turre ann. 1351

defficeret animo, sed pristinam virtutem retineret, propè diem enim omnium copias illi in subsidium ventu:
:ras. Traditis cuidam litteris ad Hermanum nocturno tempore perferendis hę à Patriarchalis exercitus excubijs inexceptę, et ad Antistitem datatę sunt. Quibus prelectis Patriarcha cognita Castellanorum per:
:fidia, ac nemini communicato consilio, jussoq; eum qui litteras attulerat in vinculis servari, exitum rei sibi expectandum esse statuit postero die.
Cum nihil de Litterarum interceptione Ruitpertus inaudis:
:set veritus, ne à multitudine proderetur, dissimulato consilio in Castra Patriarchę cum copijs suis profectus est, ubi se de dimira mora purgare coactus nullum gravius responsum accepit. Hilaris ergo Rebelinius, quod bene sibi ex animi sententia evenisse putabat sta:
:tutum tempus, quo ceteri omnes, qui auxilia policiti fuerant, convenirent, avidissimè expectabat. inte:
:rim Patriarcha dię, noctuque solicitus ac vigilans in locis editioribus quibus presidia posuit, hostesque a qua:
:tione prohibuit. erat Quintium Castrum (ubi nunc visitur Ecclesia) in summo sed leniter declivi colle situm, cuius radices Natano flumini alluebant, superius erat planities, quę duarum fere millium passuum in longitudinem, et latitudinem quingentorum spacio opate:
:bat, reliqua rupibus, et montibus arctabantur, illic in medica Planicie Patriarcha Castra posuerat, neque repentinis incursibus flumen pertransiri pro:
:hiberetur, et exinde pabulari commeatumque com:
:modo asportari sublicium pontem in eo conficien:
:dum curavit, qui prorsus hodierno quoque die incolis
ad:

ad ædem sacram immanentibus ingessit. Hæque verò Patriarcha obsidionem intermittebant, eoque cautius præcavebat, quo propior erat dies, in quo ex Castellanorum litteris didicerat, Hermano subsidium esse venturum, Sobieslaum quem habebat in castris, cui consilium suum omnino ignotum esse cupiebat. Interim quoque die Hermanus ipse unà cum Henrico filio levibus prælijs cum Patriarchali exercitu decertabat, moxque se intra castrum recipiebat id agens consulto, ut Patriarchæ opera quam maxime posset deturbaret, copiasque averteret, quo milites sui commodius aquam, cuius premebantur inopia, ex præterfluente fluvio aurire possent. Cum verò ex captivis cognouisset, et Patriarcha hostes diutius aquæ innopiam ferre non posse (occupaverat enim proxima fontibus loca) eoque redactus, ut nisi siti extingui vellent eos fluvium necessario esse adeundum dispositis præsidijs in eam incumbebat curam, ut omnes collis descensus diligentibus custodirentur, ne qui nocte perduelles ad aquandum erumperent. Hermanus iam fere ægens extrema pluribus et jumentis et hominibus sibi consumptis, intelligens sibi, vel de deditione vel eruptione consilium esse capiendum sustinendam famam, et experiendum esse decrevit. opinatus aliqua ex parte tot malis remedium adfuturum Itaque media circiter nocte delectos non nullos expeditos milites à castro adaquatum mittere statuit, ex ea parte, qua flumen colli subesse ostendimus iuncto eis valido veteranorum præsidio, cui Henricum

filium

filium præfecit, quod cum ij, qui in superiori colle sta-
tiua agebant, cognouissent, cæterisque qui in castris
erant commilitones, certiores fecissent, à tergo
hostes adorti, ad unum omnes interfecerunt et inter
alios Henricum Hermani filium ad Patriarcham deduxe-
runt, quo diligenter asseruari iusso sequenti die obsidio-
ni finem imponere cupiens, castrum totis uiribus op-
pugnare præcepit. Hermannus adeam per multas
horas ecquemquæ aquatum miserat, forsitan reddi-
tum expectasset, pessimum suspicatus euentum, nec
animo fractus audaciter resistebat, sed Patriarcha
Hermano nullatenus cedendi Henricum eius filium
in uinculis positum minitatus, si in pertinacia du-
rauerit de eo ultimum esse sumpturum supplicium
quem cum uidit Hermanus Patrio commotus miseratio-
ne statim abiectis armis non tam sibi quam
filio uitam deprecatus se in Patriarchæ potesta-
tem dedit, qui adeo coniuratorum à quibus sibi
periculum imminere uidebat, odio exarsit, ut
quaterus quæstione adhibita Hermanum filiumque cædis
particeps fuisse comperiret maritus de eis pœnas
summere nullique reo culpam condonare sibi in
animo proposuit. Ambos igitur in catenas conjecit
simulque Ruitpertum Sobileuium, quem à
Patriarcha auertitum inuitum tamen in ipsius ca-
stra, sed dissimulato animo tandem aduenisse, cuiusque
eas, quæ ad Hermanum litteræ mittebantur in
tormentis fuisse, superius docuimus subito comprehendi
et uinctum custodiri iussit, ut coniuratione patefacta
singulas

singulas ulcisceretur. Ac ne hostem post se relinqueret, neve
cui facinoroso impetum se in illud castrum recipi
eundi facultas daretur, funditus devastari jussit, statimque
ad castrum Iubileuij conversus, cum omnibus copijs ubi
cum imparata omnia offendisset, Luitperto nihil
de Patriarcha cogitante ipsius Uxorem cum filio im-
pubere cepit, castroque sine ulla contentione
potitus est. Cognita postea causa cum Luitpertum
et conjurationis participem, et plurimorum flagitiorum
auctorem comperisset eumque una cum Hermanno
Henrico Hermanni filio capite mulctasset, castrum
~~evertit~~, minoris tunc Luitperti filius erat aetatis
Ideoque ... ad Patriarcham credidit, miseri-
corditer agens sublatam modo jurisdictionem Pater
bona ac feuda ei restituit atque inde
profectus Utinum ... edito ... quia omnes
castellanos conjurationis conscios scilicet, omniaque
castra in Carnea propter nimiam incolentium
licentiam libidinemque ab omnibus odio haberi con-
stabat, penitus delevit, publico statuto edicto ne
quis ea ullo unquam tempore instauraret. Clades ista
non tamen peculiariter Carneam percussit quam
universum Forumjulium siquidem ne castro quidem
Levcanti inferioris, Melsij, Spilimbergij, ipsisque
omnibus quae superius ~~memoravimus~~, pepercit.
Cunctis igitur solo equatis ipsis coniuratis merito pen-
dere poenas, absentibusque perpetuo multatis exilio
Nicolaus tandem placato, ac tranquillo animo Carneae
saluti consulere cupiens, quam ob castrorum desola-
tionem, quae pluribus eius Regionis Pagis praeerat
novis institutis indigere intelligebat Tolmetinum

se contulit. ibi aliquos commoratus dies summam
erga se, et Aquilejensem Ecclesiam Civium
Tulmetinorum fidem expertus, quod et ipse pu:
blicis testatum Litteris reliquit, utue singularis
obsequij premia retinerent, et oppidum ipsum pro
comuni utilitate augeretur, contraque Hostiles impe:
tus muniretur, Communitati Tulmetij omnia
Vectigalia, et census Aquil.^lis^ Ecclesiae tam in oppido
quam in agro debitos in annos 20 condonavit
ea tamen Lege, ut ad oppidum muniendum moeniaq.
perficienda impenderent, nec satis sibi visum.
Animo voluens dispersam universae Provinciae
Jurisdictionem in unum colligere ac quasi non
bene vaganti corpore, et in membra distincto
consulit quod caeteras partes in officio contineret
attribuendo totius Regionis, praedictae Communitati
regimen concessit. Statuit insuper, ne impo:
sterum ullum pignus, ultra denarios quinque
alibi, quam Tulmetij venderetur, neve controver:
siae omnes quae octo denariorum summam excederent
ac civiles, capitalesq: questiones a quopiam in
Carnea, quam ab eius praefecto, quem Castaldio
nem nuncupavit, ex judicibus, quorum ellectio
nem Communitati permisit (ut eius Diplomate
satis habetur.) terminarentque eximia ista
Liberalitate erecti Tulmentinorum animi sibij:
honorificum quidem sed grave impositum onus
ab amplissimo Antistite sententes, ut scilicet
tot hominum millibus praeessent sibi ipsis
in primis Leges dicere, moresque certa ad rectum
vivendi

uiuendi ordinem pertinentia in unum conflare, ac sancire Statuerunt. Sex igitur consules initio cre ati, ijsq: commissa potestas reuisendi, ac quatenus opus foret corrigendi statuta tam ad Judicij ordinem quam ad rectum imperandi modum facientia, quę quidem in eam quę mox visitur formam redacta et à consilio, et ab ipso etiam Antistite comprobata fuere. Viginti ex iisdem Consiliarij ellecti ex Ci uium numero, quibus oppidi, totiusque ditionis administratio demandata, et si unus uita migraret sequenti comitiorum die qui est pridie Kalendas januarij, alter per maiorem consiliatium partem datis suffragijs ~~loco mortui~~ sufficeretur. Verum ne parum in numero assignando consanguini tatis uinculum ~~rectum~~ regendi ordinem interuer teret, sancitum fuit, ne duo ex eadem familia Fratres utrique [illegible] inter decuriones conscriberent. His ita statutis media perficere, fereisq: oppidum circumuallare ceperunt omnibus totiee Populis iubente Patriarcha opem ferentibus, alteramq: Turrim in monte op pido superposito erigere decreuerunt quę ad opus per ficiendum necessaria forent comparatis. ~~~~~

Eodem ferè tempore Literis S.ti Galli Abbatis Tulmetinis per ferentur, quibus Ventionensium pedites populabundos eius jurisdictionem ingressos, arcemq: ipsam et Abbatiam obses sam significabat Austriacis tunc Ducibus parebant Ventionenses ex quo Tulmetini Amici Abbatis periculum non negligens attristati, et potissimum quod ipsum Patriarchę familiaritate additum non ignorarent, collecto non spernendo peditum nu mero nulla mora, in Abbatis subsidium mouent, quorum cognito aduentu Ventionenses receptis nocturno tempore castris, re infecta Ventionum reuertuntur. Nicolao

neros

neriam 1358. in Civitate Bellunensi a Patriarcatu ad melio-
rem Vitam translato, Ludovicus Turrianus substituitur cuius
principatus initio cum equites octingenti qui Rhodulphum
1. Austriæ ducem prugilant Forumjulij repentino impetu irrua-
-erent, prope Cassacum castramentati sunt, quod statim dux
ipse una cum Goritiæ Comite ac tribus equitum millibus
subsecutus est vindicaturus per Clemonenses et Brampe-
-gios damna Venzonensibusque illata ex quo in Patriarcha-
-tu bellum initium habuit verum dum a duca et Goritiæ
Comite Utinum obsideretur sic petente Ludovico, pax concessa
est addita Lege, ut cum ducibus et patria Viris ad
Carolum Cesarem, pacificatorem quem contraversi ad
2 omnium arbitrium delegarunt, quo migrati orta suspiti-
-one Rudolphum Delegatorum inaca consilium ipse
re infecta domum reversi sunt.
Interea Ludovicus cum annis septem Patriæ præfuisset Mor-
-tem oppetijt infecto in eius locum Marquardo.
Hic Carolo Cesari intima familiaritate coniunctus multis
magnisque beneficijs ab eodem auctus est dumque
tanti Principis amicitia fretus de Bello ultra Venetis
inferendo consilium capit, anno 1381 e vita migravit.
Ecclesiæ exinde præficitur Philippus Allancenius Cardi-
-nalis illiusque regendæ cura sub Commendatoris nomine
commissa est, cuius rei indignitatem ægre ferentes plures
Castellanæ factionis illustres Viri et Utinenses, illum ad
Patriarchatus administrationem aut unquam admittere
statuerunt. Cum vero Allancenius adiunctis sibi
Francisci Carrarij Principis inhumanissimi et Canina fa-
-cie perditissimi nominis auxiliaribus copijs quod iuben-
-tibus Forumjuliensibus obtinere non poterat id vi atque
armis assequi coperet communi omnium consilio salutem
gerendam censuerunt. Missi igitur quamprimum sunt
ad Tulmetum Oratores, uid. a Simone milite de Colorodo
Aymos

dosimo de Castello, alijsque locis, Henricus Colloretanus ab Utinen-
sibus vero Jacobus de Montegnaco cum Civis. qui Tulmetinis de
civilibus rei indignitate, iminentique Universe Provinciae
periculo, ob tanti exercitus potentiam exposito, suaderent.
ut prompto secum Animo ad Patriae defensionem invisierent
utque secum duos idoneos Viros Utinum venturos jurarent
ubi simul, quid pro communi salute agendum esset decerne-
:rent. – – – – – – –

Tulmetini nullam interponendam moram arbitrati Leonardum
de Pricribus et Nicolaum Leopoldum Concives ad hoc electos
Utinum miserunt data facultate quodcumque sibi videretur
optimum cum socijs eorum nomine sanciendi. Illuc cum
Oppidani Castellanique convenissent, ut communi consilio de
Forojuliensium Libertate consulerent in eandem venire
sententiam, ne quis ullum periculum publicae salutis causa
respueret, et a Veneto Senatu, quem ad Patriae quietem
conservandam propensum experiebantur, praesidium opem
implorarent. Hau indigni mihi vero esse videntur ij
quorum opera et consilio: ingens tunc Forojuliensis Pro-
vinciae decus, et detrimentum evitavit ut eorum
nomina ad futuram memoriam recenseam. et sunt:
Civitas, Utini, Teuzesii, Tulmetij, Glemonae, Ventini, Marani
S.ti Viti, Montisfalconi, Portus Gruarij, Salvaroli, Valvasoni
Portistanei, Spilimbergi, Caporiaci, Tricani, Fraattine
Pordenonei, Melsij, Murutij, Portis, Prampergi, Cin-
teboni et Porpetani. Ab his itaque deliguntur Federicus
Savorgnanus Eques, Joannes Colloretus, Dosinus Castellius,
Blasius Lisonius, dictalenus Andreotta et Nicolaus Maninus
quibus huiusce belli cura demandata, collecto celeriter
Tumultuarium exercitu, iunctisque auxiliaribus copijs
quas Antonius Venerius Venetorum Princeps in Patriae
periculo liberaliter concesserat ducibus Petro Mauro-
ceno, Francisco Zeno et Jacobo Lauredano, Castrame-
tati sunt. Carrario namque, qui in Patriam cum
Valido exercitu iam irruptionem fecerat, multaque

Oppida

oppida, et Castra, vel expugnaverat, vel perditionem receperat, nec pauca immania, impiaque facinora addiderat, cum ne à sacris quidem Locis sacrilegas continerat manus. fuerunt omniaque dirimerent, ac curerent collatisque signis prope Sauernianum, cum aliquamdiu ancipiti pugna videretur, demum cęsis omnibus fere hostium copijs Foriiulienses memorabili victoria potiti sunt, et qua statim pax orta est, Alanconiusque cum extremum vitę diem clausisset, Utinę in Ede Divę Marię Transtiberinę conditus est. Joannes Purvaei Ducis filius Alanconio suffectus est, quem ubi Tulmatini Patriarcham creatum esse cognoverunt, oratores ad eum Joannem Bertoldum et Christophorum [illegible] in Moraviam usque Gratulatum de nova Dignitate miserunt, qui quidem à Patriarcha per humaniter, ac magnifice excepti ingentes Tulmatini oppidi augendi ac nobilitandi sollicitationes vehementer, quas ut Principem decet, simul ac Forumjulij ingressus Patriarchalem adijt, rem ad unguem prestitit. oppidum namque, et Communitatem Tulmetij in ea vulgari dignitate decrevit, utarius eam Caput nativam, et dominaticam Provincię Carnee universę edixit. Ultra vetera ipsius Communitatis insignia Turris namque et Aquilę quę parte incident, concessit Crucem albam intra cęlestem Campum, rubeo circumductam limbo quibus, et pro vexillo sigilloque uti potest. Conciliatis cum pretorea talibus populi comuniter quotiescunque dissensio evenerit, delegit suffragia inter cęteras Communitates attribuit, merum ac mixtum imperium (ut prolixo mistero diplomate) cum omnimoda potestate gladij tradidit, statuitque ut Preterly, et Consilium Tulmetij, vel atrocibus casibus in quoscunque nullo excepto, summam vitę, necisque haberent potestatem;

statem[

:statem, ac ut innocentes absolvere, ... iustis plectere
poenis libere, ac sine provocatione possent. . . . .
Addidit insuper ne aliquis auderet quamcumque communi
tatis subsidium in suis vocare coram alio magistratu
quam Laidicale Tulmatii salvo tamen ad Patriarchalem
sedem eiusque Vicarium appellatione. eidem quoque
Communitati largitus est facultatem intra oppidum reci
:piendi, et ab omni adversus iniuria patandi exules cu
:iusuis criminis reos, exceptis tamen casibus in urbe
Aquilejae commissis Heresias, Perduellionis incendii
sacrilegii, Parricidii, Veneficii, et aperti Latrocinii. Nun
:dinas quoque iam intermissas, et quae septimo quoque
die celebrabantur ad veterem consuetudinem revocavit.
Desepta vectigalium perceptione, dummodo res emptae
ex Carnia non educerentur, multaque alia praeclare
gesta in communitatem, exercuit quae brevitatis causa om
:mittuntur. . . . qui seamen istum necis Federici Sa
vorniani in sacello eius domus proximo peracti mane
sedecim interrupti consilium fuisse asserunt sed quantum
habuerunt, et id inscio eo, et absente perpetratum
fuisse Utinensium Litterae Tulmetinis. veritas argumento
sunt in his verbis: Honorabiles et circumspecti Viri, et
amici, et tamquam Fratres carissimi crimen excessum
pridie in personam spectabilis militis olim D. Federici
Savorniani, perpetratum, qui proditorio modo, et
contra omnem humanitatem in templo, idest in Capella
prope domum suae habitationis, completa missa inter
emptus fuit vobis tamquam sincerissimis Fratribus,
quos pro constanti tenemus de nostra amaritudine
condolere, cordibus angustiatis significamus, vestram
amicitiam affectuose, et instanter precantes, quatenus
huiusmodi casus enormissimus sibi debeat displicere. Naturamque
huius Terrae ad honorem Rev.mi Dni Nri Patriarchae San
:ctissimae Aquilejensis Ecclesiae et Totius Patriae habere

strictius

strictius raccomandatum prout de Vestra sinceritate plane
confidimus, rogantesque vos instantissime ut prædictum
Dominum Patriarcham supplicare velitis, quatenus pro honore
suo de homicidijs, et proditoribus, qui prædictum Dominum
Federicum occiderunt, dignetur justitiam reddere debi-
tam, et condignam pro bono statu Communi Foroiulij
Patriæ adhoc ut in ipsa nunquam huiusmodi casus
perpetrentur. datum Utini die ix Februarij Ind. ix.
Antonius Capitaneus Consilium et Commune Utini cum fraterna
dilectione Ultimum prætereà supplicium pro fuit Elisabeth
eiusdem Federici Uxore cum duabus Civibus Utinensibus
illius sceleris conscijs affecta ipsum Patriarcham pe-
nitus nullius culpæ affinem fuisse ostendit. Is tamen
cum nimis adversæ factioni indulgere videretur.
Tristani Savorgnani Federici Filij opera dum solus
in Castro Utini deambularet, civibus faventibus occiditur.
cuius quidem interitus non aliunde duxit originem
quam ex dissensionibus, quæ prorsus semper fuisse
[illegible] compluribus, et populis magno exitio quam
bella externa, quam famis aut pestis aut si quæ
his maiora aut graviora mala solent accidere.
Ioanni successit Antonius Caietanus ex Illustri Familia ortus.
Hic inspectis superioribus Patriarcharum concessis Utinatinæ
Communitati privilegijs non solum in omnibus
comprobavit, verum etiam quia municipali Lege
in controversis definitis, et multorum iuribus Actori
optio dabatur utrum malit, sive primarium Iudicem
sive Generalem Patriarchæ Vicarium adire decrevit ac
singulari quodam privilegio . . . ne cui Tolme-
tino, Carneove unquam ne in his, quas supra diximus,
casibus Liceat certum alio Iudice agere, quam certis
iudicibus Tolmetij. eaque in Tolmetinos cancellaria
fuit, ut cum Neapolim, et nonnulla negotia tractarai

etc

et balneorum remedio ad pedum dolores utendi gratia
concessisset eos de statu, et valetudine sua humanissime
certiores facere, ac illis Patriae tutellam comendare
minime dubitaverit. Id vero ut clarius ex ijs quas
Tulmatinis misit Litteris cognoscatur, visum fuit Com
mune exemplum hic apponere, quod est huiusmodi.
Nobiles, et Fideles dilecti Nostri. Ut Fidelibus nostris gressus
Nostri patefaciant, significamus Vobis quod peruenimus
in partes Regni Feliciter ubi ab omnibus Magni
ficis Dominis Consanguineis, et alijs amicis nostris cordialiter
amicessque recepti fuimus, ut consideratis maris et terrae
periculis Jesu Christi gratia satis sospites, et sanos.
fuimus quoque cum Serenissimo Dño Nrõ Rege qui
postquam nos grate, humaniterque suscepit, itaut
verbis, calamoque explicare nequeam, iussit Nos
ad Ill.mos Dños Nros, Dnam Reginam et Ioannam
Paternam accedere ubi sunt pro expediendis negotijs
Dnae Joannae predictae, et sic faciemus prout ante
negotium illud, cito, ac feliciter expedire, sed prius bal
neis petituri sumus, quibus peractis, statim Deo fauente
cum integra sanitate in Patriam Nostram Forijulij
reuertemur. Vos valete feliciter, et estote solicite ac
prompti ad Patriae defensionem, si quid acciderit, pro
ut de vestra fidelitate et constantia confidimus.
Datae in Terra Nostra Ledesnenti 2 maij 1401.

Eodem Anno. Florentini, qui a Galeatio Mediolanensium Duce graui
bello vexabantur Rubertum Bauariae ducem nuper
Ladislao Boemo abrogato ad imperium adductum
sibi subito in Italiam accersiuere, eique cum primum
ad Benacum Lacum peruenisset magnam se
pecuniae vim numeraturos pacti sunt, quam condi
tionem Ruberty non inuitus accepit. Dum igitur

Rex esset in itinere, ac per superiores Alpes copiarum partem ducere constituisset, audissetque Tulmatinos, metuentes ne ad eorum damna exercitus ille descenderet montem Crucis, ceterasque Carnicas Alpes, qua in eorum Provincia iter patet, valido militum presidio munisse, premisso Tabellario per Litteras a Tulmantinis ut iter per Carnicam Provinciam exercitui suo sine ullo maleficio transituro pateret enixe precatur, quas ad fidem faciendam hic quoque interere voluimus. Rubertus Dei gratia Rom. Rex semper Augustus. Honorandi Dilecti. Quia non nulli de gentibus nostris armi vetro existentibus sequi nos cupientes iter suum per terram, et dominium vestrum arripere decreverunt. quocirca vos rogamus, et attente desideramus, quatenus prefatas gentes nostras per terras et dominium vestrum equitare permittatis eisdem etiam victualia, et sumptus apud vos, pro pecunia ordinando, in quo nobis complacentiam singularem ostenderetis scituri, et eos cum predictis nostris gentibus ordinasse predictas terras, et dominium vestrum absque aliquo notabili damno pertransituros.

Datum Laicheldorff in die Sti. Martini Episcopi. Anni 1401. Regni vero Nostri Anno secundo. Tulmatini.

His acceptis Litteris stultum esse arbitrati tanti exercitus impetum viresque in se temere convertere data acceptaque similiter fide Regias copias per suam Provinciam extra oppida libera admisere quae quidem ubique comiter, ac liberaliter habitae nemine laeso castrum ad Rubertum iter tenuere. Rubertus tandem ad Benacum Lacum cum Galeatii copiis congressus, tractusque Tridentum primo mox in Germaniam se recepit. et Cajetanus parvo interjecto

tempore

tempore cum annis septem, mensesq: duos Ecclesiæ præ:
:fuisset non sine maximo universæ Provinciæ mœrore
e Vita discessit:

Liber Tertius

Defuncto Caietano, dum Ecclesia esuriret, eo quod Angelus Corra:
:rius Venetus, Gregorius 12, ac Benedictus 13. de Ponti:
:ficatu disceptabant. Antonius Lancerinus Ecclesiensis à
Benedicto ad Patriarchatum deligitur, quem paulo post
Gregorius dignitate spoliavit, sed assumptum semel Principa:
tum deponere veritus armis illum tueri totis viribus
conabatur. Gravienses enim pluraque alia oppida
multisque Feudatarijs eius partibus adhærebant hinc
grave publicum intestinumque bellum initium habuit.
Namque Civitatenses, Glemonenses, Tulmetini, et Ventio:
:nenses eundem Antonium in Antistitem recognoscere
noluerunt, cumq: sibi bellum cum eo gerendum esse
non ignorarent, oppida ipsa tam contra eundem
Antonium, quam alios quoscumque pro Patriæ conser:
:vatione usque ad novi Patriarchæ electionem legitimè
finiendam, defendere statuerunt.

Vt vero communis oppidorum defensio firma haberetur, gene:
rale inter eos fœdus solemni omnium iuramento vallatum
inierunt, cui paulo post Nicolausius Comes Prati, ac Al:
:bertinus eius filius, Valvasonij, Spilimbergij, et oppidani
Sti. Viti devincti sunt. Qua intellecta Antonius non
modicum Equestrium, et Pedestrium militum numerum
sibi comparavit, ex quo metuentes Prati Comites, et
oppidani Sti. Viti, ne ad eorum damna exercitus ille
se conferret, frumentaque tunc in Agris existentia
destrueret (messis enim appropinquabat) à Tulmeti:
:nis, cæterisque superioribus oppidis iure fœderis colli:
:gatis, subsidiarios milites receperunt, ut nedum hostium
impetum propulsare, sed ultra etiam eadem damna
inferre non dubitarent, Nec multo interiecto tempore

utrisque

utrisque bene gerendę rei occasio oblata est. Cum
enim Antonij Equites, peditesque Lucerensem Comita
tum predandi inuasissent, Lagos Corvę et Azani
incolas igne incenso detraxerunt. quod cum Nicolus
:sius, et Albertinus ex fumo clamoreque cognouissent
qui ultra progressos milites suorum quoque, ut
diximus, penes se habebant hostes insecuti eos preda
onustos propę custodiam eorum inuentos viriliter
agressi sunt, et pugnam utrinque atrociter editam
in qua Albertinus inter confertissimos hostes super
ponte Mittinę fortiter pugnans aliquantulum in ore
nasoque vulneratus in aquam deiectus est, equi
tamen beneficio flumen tunc ab imbribus pertima
scendum euicit. Demum Antonij Milites in fugam
vertuntur, et undique à victoribus in ripis
obtruncantur, alios in aquam compulsos gurgites
ferunt etiam peritos nandi, alios lassitudo, vulnera
ac pauor degrauant, ita ut omnes lethum per
:ierunt preter duodecim qui in ipso pugnę initio
fuga saluti suę consuluerunt et sexaginta qui
captiui remansere. Cesi quoque sunt Equites decem
reliqui vero ad vicinas siluas confugiendo inse
:quentes hostes euaserunt. cuius rei feliciter actę
testes sunt Nicolusij, et Albertini litterę Turment
:um conscriptę. eodem ferè tempore oppidani Sti. Viti
Nicolussium quendam Antonij [illegible] eorum agros
incursionibus infestantem, compluribus suis militibus
interfectis, [illegible] coegerunt, be
:vesq; et alij generis animalia iii. oppidum ipsum
pasturationis gratia egressos adduxerunt quę quidem
preda ultra quadringentos aureos vendita mili
:tibus distributa est. Interim Gregorius iz. Aut in

Concurdiensem,

concordiensem ad Patriarchatum assumpsit, cuius Litteras Vtinensis conscriptas, in quibus huiusmodi eis significat electionem ad Patriam Foriiulij commendat. registran(d)as fore duxi. Antonius Dei gratia Patriarcha Aquilei. Nobiles, et Prudentes Viri et Amici Nri dilecti.

Ad gaudium et exultationem vestris presentium serie signifi camus dilectionibus, quomodo nuper SS. in Christo Pater et Dnus . . . Dnus Gregorius diuina Prouidentia Papa 12. in Patriarcham nos elegit Aquilejensem et Licet indignos sua benignitate promouit, et creauit. Unde dilectiones uestras, que merito de huiusmodi promotione nostra letari possunt, requirimus, et hortamur quatenus in omnibus, que honorem nostrum, et eccle(si)e nostre Aquilejensis, ac statum pacificum, et tranquillum illius Patrie nostre Foriiulij concernunt uel respiciunt, uelitis fauorabiles, et benignos, avont. de predicta uestra di lectione plane confidimus. Significamus insuper Vobis quod pro bono pacis illius Patrie huic excelso Dnio. Veneto placuit quod hic sedeamus, quia ipsum Dominium ad tractandam de ipsius Patrie pace et concordia mittit Nob. suum Oratorem ad Pa triam ipsam, quam ad statum et honorem nostrum uobis precipue commendamus.

Datum Venetijs sub Nro annulari sigillo quo alias et Episcopus Concord. utebamur die 11 martij 1409.

Attamen non obstantibus coeptum in Patria bellum non desijt. ob scisma enim inter Pontifices exortum Concordiensis Episcopi electio, prout et Gregoriensis illegitima quamplurimis uidebatur, quamobrem idem sibi Patriarchatus possessionem consequi difficilimum fore animaduerteret. Arimam se contulit ibique sine Patriarchatu defunctus est. Noui itaque Antisti tis legitimam electionem procurando conuenerunt federati

populi

populi, quapropter singulos quilibet ipsorum Oratores
ad Romanos Pontifices transmiserunt rogatum ut
gratus ipsis Antistes crearetur, plures enim Illustr.
Viri eam dignitatem obtinere nitebantur, inter
quos Malatesta, et Pandulphus Malatestae fi-
:lius Tulmetinis huiusmodi Litteras per oratores
quos reddiderunt. Nob.les et Egregij Viri et Amici
nostri Cariss.i post debitas condignas et affectuosas
salutationes commissimus aliqua nobilitatis vestris
nomine nostro referenda nob.lis et Egreg.is Leg...
Doctoribus nobis dilectis et Oratoribus nostris
Dino de Rainaldis de Pisauro, et Almerico de
Pin de Saccho harum latoribus. Quorum provide
relationibus tamquam nobis metipsis rogamus Nobili-
tates vestras, ut eis placeat, et velitis fidem credulam
adhibere. Ordinata Pisauri. Die 10. Maij, et
Data Brixie Die 23. mensis eiusdem. Sub.e vero sc...

Summa Legationis haec fuit, ut Tulmetini Pandulphum
praedictum in Patriarcham acceptarent et in hanc
sententiam Litteras Oratori suo apud Pontificem
degentis conscriberent, videbatur enim Pontifex
Novum Antistitem de Foroiuliensium voluntate
creaturus. his res cursum daderet. Tulmentini Sede
Antistitis creatione una cum ceteris foederatis com-
:muni consensu antea decrevisse, et Oratoribus
eam ob causam ad Pontificem missis speciale
mandatum unitim tradidisse, nec sibi licere aliter
nunc decernere, quam quod semel actum fuerat
quod si in praesentiarum res integra agerentur libenti
profecto animo illustrem illum Virum quantum

in eis

in ais esset in Antistitem Comendatarijs interim Elemonarijs, et Tulmetini collecto non modico militum numero Fontanam bonam noi capiunt, et diripiunt, exinde Guiam Castrum loci natura munitissimum obtenuerunt, et habitatores Castri Melsij, ob harum Gentium propinquitatem timentes ne ad sui destructionem se conferent huiusmodi Litteras Tulmetini a Mattheo Franc.co Conrado et Thoma Utriusque Civium conscriptas attulerunt. Nobiles et Egregij Viri, et Amici Nostri Carissimi Quia nos intelleximus, quod Vicini nostri et habitatores Melsij, ac illi, qui se reduxerunt, et reducunt ad Castrum predictum videntur magnum habere periculum ne damnum aliquod accipiant a Gentibus vestris amicitiam vestram rogamus instanter et cum semper optaverimus omne vestrum bonum et omnem indemnitatem vestram a vobis placeat cum ipsis Gentibus vestris taliter providere, quod non offendant in bonis suis, et in personis habitatores, vel se quomodolibet reducentibus ad dictum Castrum et Villam Melsij nec si de confine de intentione vestra procederent aliquos Colonos Dominorum de Colorete offendere quod non credimus, rogamus, ut Coloni illi et consortes nostri Antonij de Melso nullum a vestris militibus recipiant damnum. Providentias enim et nos servantes ne vos, et Gentes vestre per habitatores illius Loci in aliquo offendantur. Deus autem bene novit, quod libenter videremus bonum, et tranquillum statum Patrie nostre. Placeat ergo amicitie vestre rogamus quod instanter, ut super his vestram responsionem per Litteras habeamus.

Datae Utriusque die 5.a 7bris Ind. 8.a 1410.

Quibus quidem ita consilio decernente rescriptum fuit
quod Tulmetini, suisque militum praefectis expresse
commiserunt, ut amicorum suorum, inter quos ipsos
Prodolones connumerabant, bona omnia illesa
intactaque forent, nec aliquod ....
eis quoquo modo damnum inferrent, itemque illud eis
mandaturos esse, dummodo intra Castra nelus inimicos
Collegatorum, eorumque res, et complices non suscipiant
nullumque eis auxilium praestent, vel subsidium. Paulo
post Buie Castrum capitur et diripitur, quod una
cum Fontanabona, Utinenses post Teutonum discessum
recepere. Veneti autem Patriae Foroiulij desolationem
miserti Jacobum Trivisanum et Bartholomaeum Nanum
Patricios Viros oratores in Forumiulij misere
quorum opera in oppido S. Danielis inter Collegatos
utriusque partis circa finem mensis 7bris 1410.
fuerunt treguae usque ad totum futurum mensem
martij 1411. pro quarum observatione iidem
Veneti oratores Tulmetinis, Venzonensibus, et Glemonensibus
huiusmodi litteras dedere. Magnifici, et
Egregij Fratres honorandi. Licet ante in pra....
et sermonibus vobiscum, et cum tota parte vestra
habitis diffuse satis affectionem, quam S. S. Dnus
noster Papa, et Ill.mus Dux Dom. Venet: ad bonum,
et quietem huius Patriae habent, et eorum intentionem
vestris benevolentijs expresserimus tamen
ut iterum vos certiores reddamus, data per nos
notitia iam dicto summo Pontifici, et Duci Dom:
de induciarum conclusione modo inter caetera
responsionem.

responsionem accepimus, et mandatum, quod ante nostrum discessum Vobis et alijs Communitatibus, et Nobilibus Patrie, utriusque partis dicere et scribere debeamus, quod conclusionem induciarum, et vestram optimam dispositionem gratissimam habuerunt, et illam laudant, et commendant, vos instanter hortantes, quod ad conservationem induciarum totis viribus intenti sitis, et insuper, quod quamcitius fieri possit, partes procurent iterum suos oratores ad ipsum summum Pontificem mittere pro huius negotij confirmatione. Ulterius quia licet observantia induciarum sit utilis Vobis, et universe Patrie, ac eius quieti tamen quia bellum et desolatio Patrie D.no summo Pontifici cordialiter displicet, et non minus Duc. Dom. prelibato et quia turbatio, et fractio induciarum cedit ad non modicum damnum Civitatis Venetiarum, perseverantes in eo quod sepe dictum fuerat denuo declarant, quod si inducie observabuntur, dum Summ. Pontif. et Duc. Dom. summo pere placebit, et habebunt exinde efficaciorem causam habendi honorem, et commoda vestra cordibus suis infixa, eapropter eorum nomine pro universali Patrie bono vobis instanter suademus, atque rogamus, ut velitis efficere, quod inducie predicte observentur, et quod vie aperte sint ac secure, nec non ut vestros oratores cito pro celeriori rerum conclusione ad curiam transmittatis, ad que omnia Vos etiam quantum possumus nomine nostro inducimus et rogamus, similes litteras etiam Communitati Civitatensi, et Nobilissimis ultra Tulmentum scripsimus. Huic Communitati Utini hec efficaciter diximus, et

alijs

alijs suis Collegatis similiter nota fecimus, ut ambę partes sint de hijs intentionibus admonitę. Valete. Utini die 8. 9bris 1410.

Exacto Induciarum tempore cum utriusq: partis Oratores ad Summum Pontificem missi, nondum rem sibi commissam ad exitum perduxissent, eędemq: vigerent Civium discordiarum causę, illico bellum subsequutum est, tuncq: Civitas Austrię, Glemona, Tulmetium et Verat.^m omnibus eorum copijs Carolum Liam sub [illegible] stipendio pręfecere. Utinenses Dum Doncaveus, Rubertaneus Eques, et Pręfectus militum Heuresti, et Federici Austrię Ducum, armata manu Forumjulij introit, et se eidem, suaque omnia dedere, parvoque interiecto tempore Federicus Ortenburgius Comes a Sigismundo Imperat.^e in Patriarchatu Aquilejensi Vicarius Constitutus, eodem se contulit, ipsumque Civitatenses, Tulmetini Venzonenses, et Glemonenses tamquam Patriarchalem Vicarium renuente recipere, quod solemni iureiurando polliciti sit illico sequuta legittima Antistis creatione omnia ad Patriarchatum pertinentia ipso Antistiti libere et absque contentione renuntiare. Item Utinenses proprijs viribus, et Austrię Ducum pręsidio freti Civitatensium fines assidue infestabant. quapropter Tulmetini quingentos ad eos ratufo fędere milites jussemnt proficisci, itidemque pro civili cętera oppida fecerunt, cumq: 2da die Junij eiusdem anni gentes Civitatensium et Collegatorum suorum sub Gregorio Ortenburgij Comite

et Carolo

et Carolo Lio Federatus. Communitatum militum prefectis
morteano Layo ui capto, et diruto, Civitatem Aquile
pro [illegible]rentur Magnum Utinensium Equitum et pe:
ditum numerum obviam habuerunt, quibus pre
erat Franciscus Manzanus confestim hinc inde
conclamatum, et pugne initium factum est, diu inter
ipsos anceps certamen stetisse dicitur, ut neque
clamor primo sublatus iteratus sit neque signa permota
loco, retrorsa recepta, neque retrorsum ab ulla parte
itum, sed in suo gradu obstinati milites sine respirat.e
pugnabant. Fremitus equalis ferrorum idem pugne
[illegible] in defatigationem extitit aut mortem specta
bant, iam ut vires, iam ferro acies deesse uide
batur, cum Franciscus Manzanus Utinensium pre:
fectus, dum strenue ducis militisque officio fungitur
ingenti vulnere afficitur et equo labitur, quo re
pentino casu conterriti milites, eum obiisse exi:
stimantes, clamore que a Feudatariis renovato
discedentes gradu deinde repelluntur. postremo
vero in fugam coniiciuntur, magna eorum pars
cesa, capti Utinensium Equites decem et octo una
cum Manzano, pedites vero ultra quinquaginta
preda etiam non modica preter suas recupe:
ratas res, et victoria potiti sunt. Vigesima postea
eiusdem mensis die Venerius Venet. Principis
Orator eiusdem Litteras Tolmetinis subscripti attulit
tenoris.

Michael Steno Dei gratia Dux Venet.

Egregii et prudentes Amici dilecti: Misimus ad presentiam
Vestram in nostrum honorabilem oratorem Marcum
Venerium.

Verarium dilectum Civem nostrum, cui non nulla com-
:missimus Vobis officio nostro benevolentiæ offerendæ
ipsamque deprecantes, quatenus relationibus eius tanquam
mente nostra venientibus Libeat credulitatis
fidem plenis-simam adhibere.

Datum in Nostro ducali palatio die 9. Junij ind. 4 Ann. 1410.

Is a Tulsatinis Liberaliter acceptus, cum reipublicæ
Venetæ in Universam Italiam optime dispositam
exposuisset, pluribus rationibus eis suadere
conatus est, ut arma inter ipsosmet Forojulien-
:ses assumpta deponerentur, et induciis iterum
factis pacis, et unionis via aliqua communi
omnium consensu perquireretur. Patriæ
desolationem, et tot ab omnibus passa incommoda
commemorando Tulmatini eas, quas poterunt
maiores inclito Principi Sapientissimoque Senatui
Veneto gratias se habere dixerunt. qui
totius huius miserandæ Patriæ cladium miseritus
immissum in eam incendium extinguere con-
:natus sit, seque illius Principis causa ad
omnia paratos, et dispositos obtulerunt. quæ
eius Patriæ quieti proficua fore viderentur.
Cum fœderatorum suorum eadem sit mens, et
dispositio, a quibus nulla precedente causa dis-
:cedere incongruum et damnosum fore non
ignorabant. Verarius optimam illius Consilij
mentem laudavit, et ad ceteros eorum fœde-
:ratos eandem expositurus perrexe dixit.

etc

et hortans, ut in proposito perseverarent ad reliquas se
contulit civitates. Verum cum res obdiversas ob utraque
parte propositas difficultates in dies protraxerint: demum
Veronensis hiis superioribus Communitatibus Tulmetii Ventioni
et Glemone huiusmodi Litteras conscripsit. Mag.ci et Egregii
Dni, sicut scire debetis. fluxerunt iam octo dies quibus
veni ad hanc Terram civitatis Austrie cum certo mand.o
Ill.mi Dni. mei Dom. Veneti Universalem. statum et commodum
totius Patrie concernente, expositaque intentione prefati
Dni: Dom: huic Communitati responderunt quod sine vestro
consensu et deliberatione ad ea que sibi exposueram de-
cernere nullam conclusionem respondere non poterant et
propterea illico dictam meam expositionem vobis signi-
ficare decreverunt affirmantes mihi quod sine dubio
per totam diem subsequentem prox.e pret.e habuissent intentionem
et responsionem vestram et sub ipsa spe et verbis usque
nunc me tennuerunt, excusantes se et inculpantes vos
et vestras Communitates quia non suo sed vestro defectu
procedit ista dilatio alterumque dicentes quod pro eis
non deficiet quin sequatur tranquillitas Patrie et
quod si intervenerit consensus et deliberatio vestra
in bonum res succedent et quod vota prefati mei Dni.
Dom: que tamen ad nihil aliud quam ad conservationem
Libertatis Patrie et Ecclesie Aquil.is aspirant et optatum
sortirentur effectum ad quam intentionem etiam ipsi dic
inclinassent si vestre Communitates similiter voluissent.
Quamobrem tam de mora predicta quam etiam de
tali intentione vestra si sic est, quod tamen difficillime
credere possem, etiamsi viderem administrationem
ex summo considerans quam leto animo quam voluntate
mea illis in partibus existente ad pacem et induciam

sublatis illis causis quas scitis inclinare et assentire
videbamini. Considerans etiam quod pax et tranqui
litas Patrie magis vobis refert quam ceteris. maxi
me ratione mercature cui vos potissimum dediti
estis sine qua exerceri non potest, attentisque non
minus precibus, et interpositione Ducalis Dominii prefati
cuius: voluntati maxime cum commodum utilitatem
et bonum vestrum attingat merito conformari debe
tis. scitis enim quam dulciter, et favorabiliter in
Civitate Venet. videbamini, et quibus prerogativis
gaudeatis et qualem fidem antedictum dom. meum
de vobis gessit in negotiis istis, et aliis occurentibus
multe quidem rationes possent adduci quibus aliter
credere non possum quam quod intentionem firmam,
et solidam habeatis ad pacem et quietem huius Patrie
cuius Vos estis pars non exigua. licet aliqui aliter
mihi demonstrare conentur, et propterea Vestras
magnificentias efficaciter hortor et rogo ut volunta
tem [illegible] [illegible] ut dicunt vos certiores red
didaerint, et predicta omnia utiliter ponderetis ut
nos taliter geratis quod pax sive inducie, et
tranquilitas Patrie a vobis processisse noscatur.
quodque vobis oppositum obiici non possit nec super
humeris vestris hoc honus imponi, sicut multi facere
quaerunt. Placeat igitur vobis solito aliquid mihi
rescribere et quenam sit voluntas vestra me com
monere.

Dat. in Civitate Austrie die 28. julii 1411.

Tandem eiusdem Regni opera inducie inter Communitates
predictas, et Utinenses et utriusque partis federatos ad
tres futuros menses subsequuntur, ut iterum sublatis hinc
inde offensionibus, pax induceretur. sed iam alterius quam

ceteris

cęteri existimabant belli cupiditas hominum animis in=
sederat Sigismundus enim Imperator, et Hungarię Rex
ad se Patriarchalis Dignitatis deferendum profitetur Orten=
burgio Comite, id per Litteras postulante magnam Equitum
copiam prę paraverat quam sub Philippi Florentini
Themesuvgensis Comitis auspicijs in Patriam mittere
decreverat, ad quam mox ipse cum valido exercitu ven=
turus erat; interim vero Tulmatinis a Guielmo Comite
eiusdem Imperatoris Oratore huiuscemodi Littere red=
ditę sunt. Sigismundus Dei Gratia Romanorum Rex
semper Augustus Hungarię Rex etc. Fideles dilecti Nri.

Littere Sigis=mundi Romanorum Regis ad Tulmatinos.

Nedum ad nostri notitiam, sed ad partis orbis cuiuslibet
et laudabilis fama refulget de constantia inconcusse fidei
quam S. Romano Imperio et S. Aquil.s Ecclesię, Nobili
Federico Comiti in Ortemburgio in Patria et dominio
Forijulij Vicario per Nos constituto invicto animo et
mentis robore ostenditis. Nam quid pręciosius fide,
quidue in inceptis perseverantia, quę ex claris Viros
reddit Clarissimos, nil profecto sanctius ex quibus
et multis alijs in vos concurrentibus virtutum meritis
quantum vos iudicemus commendabiles, quantumue nos
exhiberemus ad grates, longum foret his enarrare.
cumque non qui inceperit verum qui perseveraverit
hic commendabilis est, et dignus. Propterea fidelitates
vestras hortamur, quatenus velitis ad conservandam
famę vestrę integritatem in constantia erga S.tam
Aquile.m Ecclesiam et prędictum Federicum eiusdem Vicarium
Generalem exhibitę et probatę fidei persistere. et
ad rebellium subiectionem nobis, dictęque Ecclesię, et
eius Vicario Generali vestras vires adiungere, quod a
vestro iam scimus mentis affectu et firmo proposito
non ambigimus dependere, et sicut hucusque fuistis lau=
dabiles fidelitatis, et constantię actores, studeatis usque

adę

ad felicem creationem, et promotionem Patriarche per SS. in Christo Patrem et DD. Joannem S. Romane et Universalis Ecclesie Summum Pontificem Dnum Nostrum Rev.mum ex nostra voluntate et dispositione de persona utili et circumspecta fienda. sic deinceps in fidelitate debita et laudabili perseverantia persistere prout spes, et fiducia nostra tenet. quam initia acceperint finis respondeat. Vosq: per consequens his capaces effici mereamini nostre Regie gratitudinis et amplioris dilectionis.

Datu. in Themesswar die 14. Junij

Regnorum Nostrorum Vngarie anno 23. Romanorum ...

Vero primo His rebus ita se habentibus Burcardo Zebegrano, pro Austriacis Ducibus et Vtinensibus id procurante iterum usque ad 20. diem Novembris inter predictas partes inducie facte sunt. Rebestanus vero substituto Joanne Mengeo Canonico Puesulmense pro Vtini Locumtenente ad Austrie Principes secessit. cumq: induciarum finis instaret Vtinensis Locumtenens predictus per Litteras Tulmetinis, Ventinensibus et Glemonensibus dedita opera exaratas treguarum prorogationem postulavit prout exsistentis patet: quas hic non ab re apponendas fore duxi. ex his enim Venetorumq; etiam Oratorum Litteris clare patet, et colligitur, Civitatem Austrie Glemonam Ventinum, et Tulmetinum licet Ortemburgium Comitem tanquam Patriarchalem Vicarium acceptaverint nunquam tamen sui juris esse destitisse prout ante illius adventum ipsa oppida fuisse dementitur, semperq: eidem Communitates ea que tam ad pacem quam ad bellum pertinere arbitrabantur tanquam liberas nomine proprio tractasse usque ad Patriarche creationem, non autem ad instar Ortemburgij Castrum, prout plura alia oppida fecere. Littere sunt huiusmodi,

huiusmodi: Magnifici, et Mag.ci Viri maiores Vos esse non dubito, qualiter in negotio induciarum per Nob. et Egreg. militem Burcardum de Krubestan inter partes huius Patriæ ad 20 dies factarum, prædicto dño Burcardo proposuerim fuerint, quod esset spes prorogationis induciarum earundem ad tempora longiora. Cum igitur terminus induciarum præsentium appropinquet prædictus dnus Burcardus [illegible] constituit locum suum tenentem quousque reverteretur ab Ill.mis DD. Ducibus Austriæ gratiosissimis Dnis meis, quibus ibat locuturus de modo pacificandi, et ponendi Patriam in statu tranquilliori et sibi quoque hodie scripserim, petens ab eo melius informari, neque tamen in tam brevi spacio propter loci distantiam super huiusmodi contractu responsum habere possim. Quare supplico Magnif.am Vestram instantia, qua possum quatenus super prorogatione induciarum prædictarum. Litteris Vestris per Latorem præsentium me certiorem facere dignemini, ne forsan finitis inducijs præsentibus per partes hinc inde quid incommodi inferatur, cuius rerum auctor esse non cupio. Pacis etenim, et tranquillitatis diligens exicutor esse malem, quam belli, et discordiæ seminator.

Dat. Utini ex Castro Patriarchali 12. Julii. Anno Dni 1411. — —

Sed Philippi Florentini Sigismundi Imperatoris Præfecti ad Patriæ fines aduentus cum 12. Boemorum et Hungarorum Equitum milibus omnem pacis abstulit mentionem ad quam Civitatesque, superiorumque oppida quamprimum Forumjulij ingressus est, auxiliaria militum subsidia omnisque generis tormenta bellica ad oppidorum expugnationem pertinentia transmisere, is accepta auxiliaria manu Utinum abscedit, omnemque adhibuit diligentiam ut acceptis civibus quacumque subsidijs sive per deditionem res ad exitum perduceret.

Hęc sententia fefellit. Utinenses enim cum per dies aliquot Rebistani adventum, Austriacorum Principum auxiliaresque copias frustra expectassent, Philippo Comiti eius Sigismundi Imperatoris, et Apostolicę Ecclesię nomine accepstanti se suaque omnia dedidere. Sed Tristanus Savorgnanus, pluresque eiusdem factionis, licet ad primam deditionis mentionem ad Venetos, quorum semper partibus studuerant, aufugierunt, quorum bonis a Philippo publicatis Savorgnanum ei caput deleri iussit, et ultra Tiliaventum eductis copijs, Portum Gruarium, Buffoletum, Sacillumque feliciter expugnavit. Cętera enim oppida eius partibus favebant. Dum vero Austriaci Duces, Vallem Cadorij aggressi fuissent, quibus Tolmetini amicitię et propinquitatis iure 300 pedites in auxilium misere. Philippus expugnata Seravalle Bellunensem quoque Civitatem obtinuit, indeque Castrum Botistani devicit. Veneti iterum ad primum Philippi adventum in Patriam tum pro locorum suorum conservatione tum etiam Tristani Savorgnani precibus collecto sex equitum octoque peditum millium exercitu, Carolo Malatesta Prefecto, ut Hungarorum insolentiam reprimerent ad Patrię fines se contulere, et Cordignanum ei summa aggressi expugnarunt, cumque plurimis ultra Tiliaventum illatis damnis Dignanum usque pervenissent, ibi a speculatoribus cognovere Philippum audito eorum adventu Cadubrio obsidione liberato magnis itineribus in Patriam venerit. Quare ne in media hostium Regione cum Philippi exercitu decertare cogerentur, iterum trans Tiliaventum se receperunt. cumque in Utinensem Comitatum pervenissent

Hungarorum

Ungarorum, Boemorumq: exercitum non longè abesset nunciatum est. Carolus igitur ingentis vir animi, cum sine magno impedimento prosequi non posset, et neque eundi, neque standi sine discrimine modum esse videret instruit aciem, impedimentis extra remotis, instruunt contra eos hostes, et animis, et viribus pares, et dextrum cornu Hungari, Sinistrum Boemi medium vero locum Transsylvanensis copiae tenuerunt. Hungari tot elati victoriis incredibili impetu hostes aggrediuntur multisque caesis, in fugam conjiciunt. Dumq: eos undique premunt, et longius aliquantulum abducti Venturi impedimenta procul ab armatis sine praesidio, sine munimento stare conspiciunt aviditate praedae eo impetum faciunt. Interim Malatesta qui in dextro sui exercitus cornu Boemorum Equitum instantium vim fortiter sustinebant. Tiepoldus Nuncius aliorum militum fugam, et impedimentorum attulit direptionem. Hic tantae rei notitia commotus, accepto electorum militum valido praesidio ad salvam exercitus partem se contulit, omniaq: timoris plena invenit. Militibus tanti Viri adventu allata spe ac redintegrato animo turmatim ad eum conveniunt cumq: Majorem partem collegisset. Videtisne inquit hostes praeda detentos, et vestris impedimentis haerentes? Aggredimini eos, acceptumq: dedecus virtute delete. Vestram enim Victoriam polliceor. Nec fefellit consilium, nam impetu facto in Hungaros, eos, ut evenit, secundis rebus, invenere vagos inter praedandum dispersos, variis Equis insidentes, et paucos quibus ferrum in manu sit, ut Hungari prius Victores passi caesi sint, cum neque coeundi in unum, nec arma capiendi spatium daretur. Dissipato Hungaro Equitatu Carolus circumductis tergo militibus Boemorum

Equitesq

Equitatus adveniens, et novo edito clamore terruit hostium animos, et in fugam convertit, adeo ut Magna Boemorum, et Forojuliensium pars ab insequentibus sit cesa, captoque Nicolao Comite Dratensi pluribusque non ignobilibus viris prelij, cedisque finem fecit. Philippus cum in eo certamini peritj ducis, militisque officio functus esset, haud territus insperata clade exercitus reliquias colligere quanta poterat diligentia conabatur. Boemi vero Hungarij milites desperatis rebus incassum precante, lacrimanteque duce noctis silentio castris excessere domum contendentes, quos postea Philippus positis prius peditum reliquijs tutis in locis necessitate coactus subsequutus est. Non ignoro non nullos esse, qui Philippum auro corruptum a Patria re infecta recessisse scribunt, eumque proditionis huiusce causa Sigismundi mandato in eius ore auro liquefacto immisso perijsse, attamen Ioannis Pratæ Comitis Litteræ Tulmetinis conscriptæ predicti certaminis fidem faciunt Philippum a militibus ignavis destitutum invite se in Pannoniam contulisse, sed et Ludovici Teckij Ducis, qui postea ad Patriarchatum assumptus est, pariter Litteræ in quibus Tulmetinis Sigismundi in Patriam adventum significat, clare demonstrant. Eundem Philippum cum Imperatore iterum Forumjulium petijsse, prout et Tulmetini Oratores ad Sigismundum missi affirmant in eorum relationibus se, cum dictum Philippum inter proceres vidisse. Veneti tanta Victoria licet non incruenta potiti, mille ensia, et ultra in

primas

prima aggressione ex eorum militibus cecidere, et non pauci vulnerati magno aggredientes impetu ubi omnia timoris plena ubique conspiciebantur. Iulinetini posito prius ad Cavaty Lacum, qua iter in eorum Provinciam hostibus patebat, valido militum praesidio Rubenicum Fontanio Comiti postulanti quinquaginta oppido Sti. Danielis 80 - Ventionensibus 80. Glemonensibus 150. Spilimbergiis 60 milites eodem tempore in subsidium misere, Ventionensibus iterum 200 - alios pedites concessemnt, quos omnes cessante belli suspitione gratias agendo reddidere, sicut ex eorum Litteris patet. Veneti vero cum Citra Tiliaventum Kalafurlum, Muzanam, Sedianum, et Sti. Odoricum Pagos, Tricanum quoque Castrum expugnassent, exercitum populabundum primo in S. Danielis, mox in Glemonensium fines duxere, captaque et destructa Authenca, cum omnes circum jacentium locorum fines hostiliter peragravissent, ab oppidorum expugnationibus temperatum est. exinde ultra Tilaventum exercitu educto. Fratting Castrum in eo Victoriae cursu recepere. Motam quoque oppidum Liquentiae fluminis insidens, multos per dies obsessum et oppidanorum virtute paulo post Ludovici Blagni Comitis ad Custodiam cum praesidio missi adventu viriliter defensum, demum illius Cives cum sibi omnem auxilij spem sublatam cernerent eisdem per pactionem tradidere.

Liber Quartus.

Dum tot belli cladibus universa Forojulij Provincia vexabatur Ludovicus Dux Theckius a Summo Pontifice Aquileiensis constituitur Patriarcha, cuius adventu aliqua pacis et quietis spes illuxisse videbatur. Nam neque

Venetis

Veneti licet Victores eiusmodi pacis consilia abiecerant utpote qui semper huius Provinciae tum sibi conterminae quietem praecaverant, ea praesertim ratione, ut Barbaris Vatiniis sublato ex ea bello in eam se conferendi occasio tolleretur. Antistes enim convocato generali totius Provinciae conventu, expositis damnis et iniurijs. Undeque illatis a Venetis, ad capitum dedecus resarcire, amissaque oppida recuperare se decrevisse affirmavit, magna adaucta spe hostium audaciam reprimendi, si omnes unanimiter ad communis libertatis defensionem conspirarent. adiunctis praecipue validis Sigismundi Caesaris auxilijs, quae sibi ab illo tum amoris intuitu, tum Comitis Ortemburgij opera, [illegible] affinitate sibi coniuncti, perliberaliter pollicita fuisse profitebatur.

Perspecta Ludovici Voluntate omnis conventus quaecumque auxilia hilari animo postulati obtulit, et abiecta pacis mentione omnium animi ad bellum inclinare videbantur. Quamobrem Veneti recognita per exploratores Antistitis voluntate et quae ab eo ad ipsorum perniciem moliebantur, cum Hernesto, et Federico, Austriae Ducibus foedus ineunt quo facilius Caesaris, et Antistitis conatus irritos redderent, cuiusque exercitu, eodem Malatesta Praefecto multas alias copias adiunxere. Paulo autem post octavum Idus Ian. Aquileiensium Legati Iulinetum advenere nuntiantes Federici Austriae Ducis exercitum conscriptum, armatumque in eorum finibus iuxta Aquileiam Lagum consedisse. si ique ingens imminere

periculum,

periculum, quapropter opem ab eis velus suis afflictis postulaverunt. Tulmetini haud mora ferentorum editum subsidium decreverere. quos sub Daniele Mistrino Nicolao Janiseo, et Dorrico Deciano Praefectis primoquoque tempore junctis alijs Utinensium Civitatensium, Gemonensium, et Ventionensium auxiliarijs copijs jusserunt proficisci hisque omnibus Antistitis jussu, Daniele de monte supremo duce constituto. Cum autem Manus ista paulo supra Ampetium essent castrametata et jnimicorum audacia compressa est, et a quotidianis incursionibus, quas in Cadubrium facere consueverant destiterunt, sed parum abfuit, quin post modicum tempus, unius hominis insolentia Foroiulienses, et Carni maximum fuerint detrimentum recepturi. Quidam enim Negronius Gentillius summae inter Cadubrienses authoritatis universis eorum copijs praeerat Vir quidem ad belli munera obeunda satis impiger sed mira aggravatus jnexpletaque avaritiae praedaque. Huic quoque Cadubrienses annunae totius exercitus ipsa curam demandaverant et statim ut subsidiarijs militibus necessaria faceret impertiri sed cum jntestino quodam odio Tulmetinos prosequeretur, nedum ejs locum castrametandi incomodissimum tribuit, ita ut sub dio esse viderentur, verum etiam quaestum praecipue in commeatibus procurabat. nec contentus quod eis rerum omnium induceret necessitatem coemptum etiam et foedum tantummodo annonam praebeat. quod cum aliquandiu Milites, Ductoresque pertulissent tandem commoti rem Danieli de Monte retulerunt ut ipse qui Antistitis jussu universis praeesset comitijs, tot, tantisque, et incommodis, et injurijs

consuleret,

consuleret. Verum sive Negroni consilia ignoraret
seu ipsi se opponere non auderet, rem quotidie
differebat, et quo deterior in dies Camorz. fiebat
conditio. Consules quoque, et Vicarius de his om:
nibus certiores facti rem primo parvi pendere,
mox etiam Camos milites contemnere et quodam
modo despicere visi sunt, ita ut clades Negronis
Dum nonnulli palam illius detestarentur avaritiam
immissis in eos satellitibus suis, pluribus confectos vul:
neribus semivivos in castra detrusit exasperati
ut par erat, et Praefecti et milites ultionem molie
bantur, quotiescumque se dederit occasio. Evenit autem
ut tertio nonas Februarii a Negronio in domo Petri
Notarii Cadubriensis, Ampetii incolae universorum
militum, Ducumque conventus convocatus sit. exceptis
Dalmatinis, quos ignominiae causa accersiti nolverant.
Hi cum omnibus suis copiis e castris moventes Consilii
locum adhaerent, desertosque Hipocauti hostio dum
omnes timore perterriti tam repentini impetus
exitum expectant, nequis loco se moveat, edicunt
Nullum enim se laesuros praeter eum, a quo toties
publicas, privatasque iniurias acceperant. Hac mora
Negronum comprehendunt qui se in Consilii pote:
state futurum, et de sibi obiectis rationem redditurum
pollicebatur, innumerisque vulneribus confossum
et necatum fenestram coniiciunt. Indeque revolutius
recedentes Peccolium Vecellium Antonium Barnabo et
Petrum Notarium praedictum, vivos inter Cadubrienses
primarios tanquam obsides secum adducere, mortem
minati, siquis iter in Italia impediret. Hinc
cum pignoribus peractis Cadubriensium fines militibus

possumus

passum quendam, et ad mediterraneum Quantum est,
Viros illos ad suos venisseunt, ipsique Patris ad Laros
reversi sunt.

Paucos post dies, Vecellius, et Antonius Stipendiarii Sedebrianstum
nomina Tulmetium applicarunt, et contra militibus Prae
fectus, ac milites ipsos in consilio huiusmodi orationem
habuisse fertur. Vecellius, militum Vestrorum, dum
Austriae exercitibus nostris finibus interdisset, praesidium
postulavimus, illudque a vobis Tulmetini Cives cum nostram
nobiscum salutem coniunctam esse nosceretis libenter pro
stantibus; ~~multo timore nostro malo~~ recepimus. Ut enim
~~primum advenere~~ ~~pervenere~~ sive sua pernicaci na
tura ducti, sive a suis Praefectis corrupti nulli ob
temperantes segniter, otiose, negligenter contuma
citer omnia agere caeperunt, nullo pudore, nec
metu coercente. Hegronius Lantellius Concivis no
ster, nostrarumque gentium Praefectus, Vir consilio
et manu promptus, quantum nobis eorum per
tinacia detrimenti propter hostium propinquita
tem subsequi poterat facile perspiciens, primo
serius admonere, mox cum nihil proficere cogno
visset, asperius aliquanto minis etiam additis, ut
rerum status exigebat, cum eis agere caepit. Quare
ingens in illum Vestrorum peditum odium excitatum est,
et caeterorum militum seditionem concitare conati
sunt, sibi adeo commeatum prae aliis carinarum
corruptionibus, ac foedum tradi ut quaestum faceret
conclamantes, sed ad paucos illos, qui Viri illius inte
gritatem probitatemque cognoverant, nihil profecerunt
eorum molestia, nunquam sibi fidem praestare visi
sunt, eo venit effrenata audacia, ut tertio Nonas
Februarij in ipso consilij loco nobis omnibus spectan-

spectantibus Negrunum predictum crudeliter necauerint. iniectis insuper in nos impijs manibus tanti Viri sanguine aspersis, uinctosque ad montem usque pranum deducentibus, ubi pluribus affectos iniurijs tandem dimisere ob efferatam audaciam, ob facinus graui pœna puniendum! Has igitur publicas priuatasque iniurias prosequuturi ad uos Tulmetini missi sumus, ut audita nostrorum militum Societatis fidei uiolatione sciatis quoque hæc omnia cum manifesto Castrorij periculo, nec minori uestro dedecore perpetrata fuisse. Nec ideo a uobis tam nefandi facinoris uindictam postulamus, quod tunc uel animus, uel uires ad ulciscendam iniuriam nobis defuerint, sed quia in contrarium Sanctæ Societatis Legibus uidebatur etiam lacessiti in eos resenire qui nostræ fuerunt a uobis commissi fidei, sistans enim eorum acies distulit ultimam in tempus donec sublato ipsorum timore causam istam ad uos deferendi ac de atroci crimine conquerendi facultas data esset. Quapropter hoc a Vobis Tulmetini petimus enixeque postulamus ut tanti facinoris auctores debita pena afficiantur. Quid enim fide publica religiosius? Quid societate sanctius? Quid magistratibus inuiolabilius esse potest? Hos tamen inmanes homines nec uestræ fidei religio, nec initæ societatis sanctitas, nec publici muneris reuerentia a tanto potuit facinore diuertere, quin et socios, quos publico edicto tuendos acceperant deseruerant et quantum in eis fuit, hostibus prodiderant, et supremi Præfecti sanguine Consilij sedes turpiter cruentauerunt. Quod si tunc hostes in tanta rerum

omnium

omnium confusione. Nos, et presidio vestrorum militum
destitutos, et Praefecto Viro fortissimo orbatos egressi
essent, actum profecto fuisset de salute nostra, sed
quos sociorum proditio destituerat, hostium timor, et igno
rantia solutos fecit. non ignoramus illos in Hegronum
crimina ab ipsis pro exculpatione sua facta et ad
inventa retulisse, quorum nihilominus falsitas, si
ea, qua decet diligentia huius rei veritatem inqui
retis, facillime patefiet, et illius innocentiam ceteri
militum dactores demonstrabunt, sed si quod dignum
etiam animadversione in illos Hegronus admisisset
r.a tamen ipsius decebat milites in socios Praefectum
arma illico stringere, illumque indicta causa interficere
cum id, ne quidem ipsis Praefectis in milites, si forte quid
quam culpabile, puniendumque perpetraverint inconsulto
facere liceat. Facinus hoc militari disciplinae
incongruum, humanis divinisque Legibus contrarium
atrox immane ferum, singulari punitione dignum
prorsus censendum est, ne superstitum militum animos
obrepat, pessimi imitatio exempli. Vos igitur cum
vestri milites nostri presidii causa missi omniumque
rerum, et consiliorum participes effecti eos, quos tueri
debuerant non solum deseruerint sed etiam prodide
rint, et oppugnaverint, nunc demum cognita veritate
quod ad vestram famam existimationem, salutemque
communem pertinet, prospicite, atque consulite.
Postquam Venetus dicendi finem fecit Daniel Milpilinus
qui tunc consilio aderat, luctus a Janisco, et Decias in
eum oculis, ita respondisse fertur. Si eandem Cadaline
sui diligentiam ad reprimendam singularem sui Praefecti
temeritatem et impurissimam, inexplicatamque cupiditatem
nec non ad repellendas varias illius in sese de ipsius
optime meritos iniurias, adhibuissent, quam in tam
calumniosa accusatione instituenda ut videtur, proiectu

nec ipsi, o Cives eorum, a quibus toties defensi, et conservati sint, salutem ingratissime impugnarent. nec nunc pro impurissimi hominis nece apud vos causam diceremus. Nullo est enim universo Foroiulio Civitas, non oppidum, non castrum fere est ullum, quod non huius calamitosi belli tempestate vestrum a nobis peditum subsidium petierit, et acceperit, pluraque ex eis suae libertatis conservationem vestrae vestrorumque militum fidei acceptam referunt, quos quidem semper plurimis laudibus per litteras ornatos ad vos remisere, quae posteris etiam tum vestram in Provincia conservanda diligentiam, tum vestrorum militum fidem, et fortitudinem demonstrabunt. … Hanc primum, non illorum quippe erata nihil enim ab eis, nisi pro publici privatique honoris conservatione actum est, sed illorum, ad quos tuendos missi fuerant, perfidia effecit; ut eorum accusationem audiatis. Quam quidem animadverti in duas divisam esse partes, quarum altera segnitiem nostris militiae, laborisque detractationem … obiicere ausi sunt. altera vero egregii eorum militum Praefecti sunt, virtutem depravarent atque earum duarum partium prior illa, quae quam maxime esse deberet, ita fuit infirma, et levis ut illos … magis quadam accusatione, quam vera dicendi facultas aliquid in nos dicere coegerit. Perspicite autem o Cives quanta sit innocentiae vis in utraque parte videre quo demum, quam longe a defensorum consuetudine cautiones … diceridam. Omnes fere Foriiulii Civitates pro viribus Cadorienses ex universa Provincia fortissimi militum Praefecti, caeterique honestissimi viri interfuere, qui militum vestrorum vel Virtuti

vel

uel ignauię testes esse poterunt cum eorum uerbis
hoc dico idque non temere confirmo. fides enim
una aliquis militum Prefecti profertur in qua
uestigium sit aliquod, ex quo nostrum, militumque
uestrorum ignauia cognoscatur. Unum ex illo Prefectorum
militumque numero testem fide dignum producant, qui
eorum in hac parte confirmet accusationem, uere ab
eis accusatum esse concedam. Profecto multi o Pa
tres [illegible] satis idoneos testes, et conscios uidentur testimo
nium esse uoluisse earum rerum, que apud nos a
uobis quęsitę sunt, quem ex tanto honestissimorum
hominum numero testem ignauię nostrę producere
potestis? Quis ex numero, qui uobis auctor placeat
eo nos iam laudatore utemur et teste. Debilitatis
igitur adhuc o Ciues quin id quod ab initio uobis
proposui, uerissimum sit, non nostrorum militum errata
sed accusatorum perfidiam in causa esse, et hanc in
eos accusationem audiatis. Nonne uobis uidentur isti
malledici potius concitatores, quam ueementes
accusatores? Quoniam itaque uidetis et cognoscetis
qui nos quomodo, et quamobrem oppugnent, statuite
nunc utrum uobis hac in parte militum uestrorum
totiens probatę exploratęque fidei et uirtuti creden
dum sit, an accusatoribus istis, quibus nec per ira
cundiam fides, nec propter infidelitatem honor habendus
est. Venio nunc ad egregium eorum militum Pre
fectum, quem quidem quo nomine appellem nescio.
Si enim eum auarum fraudolentum audacem dixerim.
et perfidiosum uereor ne aut grauioribus utar uerbis
quam mea fert natura, aut leuioribus quam causa
postulat. Quis enim tam inhumanus tam [illegible] ne
tam ferreus, quam eis, a quibus beneficium rece
peris, ne dum parem gratiam referre sed etiam male
facere? Nunquid autem audeant accusatores isti,

licet impudentia sint prędicti singulari, id negare quod omnibus palam est, Nagvonum scit illum nedum nos, militesque nostros, qui Cadulcinum pro illis sanguinem effundere, uitamque ipsam exponere parati accesseramus, in hijeme sub dio pernoctare coegisse, uerum etiam nefariam in commeatibus improbissimi quęstus rationem nobiscum exercuisse carriora omnia, ac eadem corrupta, et fetida nobis exponenda ita ut fuerit militibus nostris propter sociorum auaritiam, inedia pereundum, nisi ipsemet saluti suę consulissent. Quis hoc autem, nedum uniuerso illo exercitu Prefectisque omnibus, sed toto etiam Cadulcino clarius? quid indignius? quid manifestius? proferri notius? Illius tamen hominis improbitatem, quam fieri potuit, dissimulauimus, sed cum in dies in deterius delaberemur, rem Danieli de Monte qui Terosulicensibus copijs pręerat, detuli, cum eoque instanter egi ut Sequini si fieri poterat compesceret aspiditatem, et ut ne quis de hac re inter socios tumultus oriretur precaueret. Quod o Ciues, quam potuit accurate, ut eum ad meliorem frugem restitueret, quod quidem ipsius Danielis litterę ad nos publice conscriptę attestantur. . . . .

Hic desunt nonnulla deperdita Carta.

Placetne Vobis Cadulcienses ita geri magistratus? aliter profecto, et ut cętera prudentissime statuit Solon qui Plebeis tandem magistratibus, et Populi Gubernatoribus uelocia supplicia constituit, existimabat enim ab illis quouis tempore summi posse pęnas. his autem sacram ultionis non admittendam tantis nihilominus, totque affecti iniurijs, nil

repentinum

repentinum nil impetuose agendum esse diximus, sed uobis quamprimum hęc omnia significare, et quidnam in hac re nobis agendum esset. decernatis. ita ut unusquisque facile perspiciat illinc ab initio cupiditatem pugnasse, et audaciam, hinc autem ueritatem patientiam restitisse. Sed uicit demum incredibilem nostram, nostrorumque militum patientiam. unâ hęc singularisque illius Dominio, nequitia quę nec a nobis sine perpetua infamia dissimulari nec sine scelere ullo modo rati poterat, diem enim non nulli milites Viri palam damnarent, auaritiam tantus repente furor, sceleris, et audacię Comes efferatum Negroni animum oppressit, ut in eos nihil mali expectantes, quam plures suę nequitię satellites immiserit, plurimis affecerit uulneribus, et uitę periculum subire coegerit, nisi plures, qui superuenerunt Clemonę Ugutinesque milites eorum impetum excepissent, a quibus semiuiui milites uestri ad nos uelati sunt. O consulto peccandi libere quantam habet jucunditatem in improbis et audacibus uim pęna abfuit, et licentia consecuta est. Ergo fateor o Ciues militum uestrorum impetum continuimus, nec illico in Caduccienses. Catenas arma pararent, sociorumque suorum iniurias uendicarent ita ut magna hinc inde clades subsequi potuerit. nisi unius hominis mors innoxios a cęde preseruasset. Cuius quidem pęna licet justissime immisi tamen tarde sumpta et uestrorum militum existimationi consuluit et liberum eisdem ad nos reditum reseruauit. Si enim poterat Negronus per uim, et scelus, quod liberat, et quod poterat, id audebat quid nobis erat agendum, cuius hominis fides implorandα aut quia quomodo illo uiuo, ad nos milites incolumes reducere potuissemus? Quamobrem cum hęc esset

nobis

nobis necessitate conditio, ut cum iuste, pieque
tot injurias ulcisceremur, militesque nobis
commissos ~~servaremus~~ aut acerbe, indigneque
omnes moreremur, injurias ulcisci, quam ullo
modo emori ignominiose, satius esse duximus.
Hanc autem homicidii quisnam his rebus cognitis
circumsistentium dicat, aut indigne interfectum,
aut propter illius necem societatis a nobis iura
esse violata. Numquid ullum ob eo sociale in
nos officium prodiit, aut non potius universa
illius consilia, scelus, vim, latrocinium, omnia
denique praeterquam jus, quam officium, quam
probitatem continebat. Cum vero cum non generis
aliquot amicorum, et hostium sit gradu factis
horum utrumque censeatur, ac nos, qui hostilia
faciunt pro hoste ulcisci lex liberum faciat,
nobis profecto hominem illum, qui nos toties
contumelia affecerat, cuius aculeos prudentes,
ac boni viri difficillime patiuntur, fame postea
inedia, et gladiis deinum ipsis occidere conatus
est, impune interficere potuisse dicendum est.
Haec sunt, quae a nobis pro patriae privatique nominis conserva-
tione acta sunt quae licet non sine scelere nec sine spe-
ctata vastaque infamia ommitti potuerint non tamen
a vobis civica corona, tot civibus vestris conservatis, Ro-
manorum more donari postulamus, sed ut vim tantum a
nobis, scelusque a corpore, a capite, ac vita demum ipsa
cum illius improbissimi hominis, nece impune licuit
propulsare. Denique: ... nobis persuasum esse cupimus grati
populi esse proprium, afficere bene meritos de se cives, virorum
autem fortium ne suppliciis quidem ullis moveri, ut
fortiter eos fecisse paeniteat. [illegible] orationem au-
dientium fremitus subsequutus est. Remotis autem aliis
consilii sententia haec fuit, ut per judices, omni diligentia

de hac

De hac re inquirebatur qui postea de statu causę consilio referrant a quo Excellentiæ quod equitas, et justitia postulaverit decerneretur. sicque Cardinalium Oratoribus, responsum est. Sed has civiles controversias publicas Forijulij res. In aliud tempus distulerunt. Sigismundus Imperator. cum in Italiam octo decim millibus Hungarorum ingressus, Avrium Castrum obsederat, cui Tulmetini Antistitis jussu deditus suos, et bellica instrumenta ad Urbium expugnationem Venetorum necessaria contulere Paulo que post capto Avrio dejectis undique Venetorum copijs Cęsaris exercitus, eodem Philippo Florentino Duce omnia Forijulij oppida, Castraque prius e Venetis dominata recuperarunt, et ductis ultra Liquentiam copijs Mottam oppidum eidem Flumini insidens, obsedit, in quo Venetorum præsidium residebat, sed cum 14 Kal: Aug sex millium Venetorum millia qui pro tollenda mote obsidioné adveniebant in hostes inopinantes incidissent factaque tumultuaria pugna in qua ex Ungaris quam plures cecidere reliqui fugam arripuissent Pannones recuperando oppida navi facilitate, cętera quoque omnia, Tarvisinum usque recepere. Quare Veneti Carolum, postea Malatestam cum valido exercitu hostium conatibus objecerunt qui concitando potius quam aperte dimicando eorum insolentiam ne ulterius progrederentur continebat ita tamen, ut eos sepe captata occasione per agros nullo ordine vagantes, male effectos, pedem referre cogeret, et assiduis concursationibus valde attritos redderet. Demum Sigismundus belli tędio affectus, et consilij generalis quod antea constantię indixerat et inchoaverat, perficiendi cupidus, Iannę Mocenigo, et Antonio Contareno Venetorum Legatis Tergesti, quo ipse multo ante se contulerat sub fide Regia ad se vocatos quinquennales cum eis Inducias indixit. Huius postea Cęsaris opera et diligentia Constan... Concilium perficitur in... Christiana quę jam multis annis fere titubare videbatur fortiter resurrexit. in eo enim dispositis alijs pro Pontificatu contendentibus, Martinus V. qui prius Columna dicebatur, Pontifex electus fuit. et ita scisma pessimum an. fere 40 finem habuit, in quoque plures

heresas;

hæreses damnatæ, et duo Hæresiarchæ Ioannes Hus et
Hieronymus combusti sunt, pluraque alia ad Christianæ
fidei unionem pertinentia piissimi Cæsaris opera institu
-ta sunt. Exacto induciarum tempore bellum iterum
hinc inde restauratum est, et an. Dni. 1418 5. Idus
maij Philippus Aurelius cum Venetorum copijs. Seravallum
aggreditur, et cum alteram ex arcibus edito loco satis
expugnat. Qua re cognita Christophorus Cucaneus
ultra Tiliaventum ab Antistite Locumtenens constitutus
una cum Vingalo Spilimbergo, et Iacobo Valuasono
Sacilo recedens cum expedita militum manu, celeri
gradu Seravallum, et Venetos nihil male expectantes
aggressus a Boemis baditus, qui ad alterius arcis præ
sidium morabantur, oppidum et Arcem castam recu
-peravit pluribus ex hostibus interfectis, cæteris vero in
fugam coniectis, ex eodem fere tempore alia Veneti
exercitus pars una cum Tristano Sauorgnano in qua
erant equites 2000 Ducentum pertransiuit, et vasta
uit undique agris ad Utinensia se contulit ca
-stris quamplurimis graui præda onusti milites
inde recedentes inter oppidum S.ti Danielis et Lacum
